

Wiener Stadtbibliothek

5878

B

II. Expl.

274 / 284

Hand 70 Faint
Holl. Bull. Stein

78-275

VIENNA AVSTRIAE

Rerum Viennensium Cōmen-
tarij in Quatuor Libros distin-
cti, in quib. celeberrimæ illius
Austriæ ciuitatis exordia, uetu-
stas, nobilitas, magistratus, fami-
liæ' que, ad plenum (quod
aiunt) explicantur.

VVOLEGGANGO LAZIO

*Viennensi medico & philoso-
pho autore.*



Cum Cæsareæ ac Regiæ Maiestatum priuile-
gijs ad decennium.

BASILEAE.

1546.

III, n. 827.

B 5.878

2.2x



214.070



FERDINANDVS diuina fauente clementia Roma-
norum rex semper Augustus, ac Germaniæ, Hun-
gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ,
&c. rex: Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ,
&c. Dux Burgundiæ, &c. Marchio Morauici, &c.
Comes Tyrolis, &c. honorabili ac docto Vuolf-
gango Lazio Viennensi, Philosophiæ ac Medicinarum Doctori,
nostriq; archigymnasij Viennensis in re medica professori publi-
co, fideli, nobis dilecto, gratiam nostram regiam, & omne bonum.

Cum singularis fides, ac obseruantia tuæ erga nos & illustrissi-
mam domum & familiam nostram, tibi à maioribus tuis quasi per
manus tradita, magnitudo, tum egregia bonarum artium & lite-
rarum doctrina & eruditio tua, iure propè suo exposcere uidetur,
ut quæ tibi usui futura sunt, iusta præsertim & honesta petenti, ea
tibi à nobis non libenter modò, sed etiam liberaliter concedantur:
Quare cum certos rerum Austriacarum Commētarios, maiorum
etiam nostrorum genealogias complectētes, longo studio, & mul-
torum annorum cura, lucubratione, uigilijs, ut accepimus, confece-
ris, eosq; in octo libros distinctos, unà cū charta Chorographica,
conducto abs te impressore aliquo edere in manus hominum sta-
tueris, ut ij tua diligentia probiores emendatioresq; exeant: tum ut
si quis fructus ea ex re percipi potest, is ad te potius, qui conficiendi
operis laborem es perpeffus, quàm ad alienos deferatur: Edicimus
& mandamus, non minus nomine auctoritateq; Imperatoriæ Ma-
iestatis, quàm nostra Cæsarea, ne quis eos tuos Commentarios, &
chartam Chorographicā ullis in locis sacri Romani Imperij, ditio-
nisq; nostræ, sine tuo iussu & uoluntate, intra spacium decem an-
norum, ab eo die quo opus ipsum in publicum exhibit, imprimere,
aut impressos uenundare audeat. Qui contra mandatum hoc no-
strum fecerit, admiserit'ue, is multam persoluat uiginti quinq; mar-
charum auri puri. Quarum dimidia pars tibi Vuolfgango Lazio,
reliqua fisco nostro Imperiali cedat, uolumus harum testimonio li-
terarum, sigilli nostri impressione munitarum. Datum in arce no-
stra regia Prage, die nona mensis Ianuarij, anno Domini millesimo
quingentesimo quadragesimo quarto: regnorum nostrorum, Ro-
mani decimo quarto, aliorum XIX.

Ferdinandus

Georg. Gienger Doct.
Vicecancellarius.

Adamus Carolus.

IN VVOLFGANGI LAZII SVI VIENNAM,
carmen Ioannis Rosini cathedralis eccle-
siae Viennensis praepositi.

Illustres quæ terra duces tulit Austria, summis
Heroes habiles & tulit imperijs:
Luce sua fraudata foret, ni gratus alumnam
Excoleres, tenebris erueresq; tuam.
Iam licet exigua per te spectare tabella,
Impositas arces montibus aërijs:
Flumina quæ medio properent miscerier Istro,
Auctior arentem quo riget Hungariam.
Et quæ clarorum incunabula læta uirorum,
Quorum posteritas gestit imaginibus.
Hic Ceres, hic mitis uestit foecunda Lyæus,
Aequora formoso condecorata croco.
An tu plus igitur patriæ, uel debeat illa
Plura tibi, dubito: par utriusq; decus.

IN EIVSDEM VIENNAM, CARMEN GEOR-
gij Logi praepositi Vratislaviensis.

Pannoniæ tepido tellus prædiues ab Austro,
Austria, cui nomen nobilis aura dedit:
Tot regum foecunda parens, tot quæ dedit orbi,
Et dominos porrò tempus in omne dabit:
Nascetur teneroq; crocum dum flore, dabitq;
Austria dum felix munera Bacche tua.
Quiq; illam findit, foecundoq; irrigat amne,
Magnus in Euxini dum fluet Hister aquas.
Foecunda ingenijs etenim tot corda uirorum
Docta dedit, quorum nomina clara uigent.
Hanc tamen ante alios tam pulchrè illustrat & ornat
Lazius, Austriaci fama decusq; soli.
Ipse suas artes docuit quem magnus Apollo,
Et geminæ huic cinxit frondis honore comam.
Namq; idem medica ante alios excellit in arte,
Et canit Aonio carmina digna choro.
Quin mundi, coeliq; uias & sidera nouit,
Terrarum & pulchra diuidit arte plagas.

Idem

Idem res gestas facundo detonat ore,
Illustrat patriæ dum monumenta suæ.
Subq; oculis illam tabula tibi ponit in arca,
Absens præsentem ut cernere ritè queas.
Nomine quo multum patria hæc sua debet alumno,
Quæ non ingratum degeneremq; tulit.
Debebunt reges illi, Germania & ingens,
Res gestas quorum & nomina prisca canit.

BERNHARDI VVALTHERI, I. V. DO
ctoris Epigramma.

Magnus Alexander tumulum cum fortis Achillis
Sigæo aspiceret, talia uerba refert:
Fortunate quidem iuuenis, cui uates Homerus
Virtutis præco contigit ille tuæ.
Clara Vienna etiam multo felicitior ergo est,
Cui Lazius primus contigit historicus.

VIENNA DE SE, AVTHORE IOANNE
Syluestro, Græcæ linguæ apud
Viennenses professore.

Vrbes egregias inter & inclytas
Sublimi serio uertice sidera,
Viennæq; fruor nomine nunc, prius
Cum certum Fabiana
Nomen castra darent mihi.
Gaudebam titulo, nec minus alteri
Felici auspicio scilicet indito:
Quod successus item comprobat optimus,
Rerum, nam placuit mox
Vt Vindobona dicerer.
Me ciues alij mœnibus optimi
Ornant: ingenij dotibus ast meus,
Quas nullæ poterunt diruere hinc uices
Rerum, dulcis alumnus
Doctor Lazius optimus.
Ergo quem genui, quem gremio tuli,
Lucem cui tribui, quem simul extuli,
Vt scriptis peperit perpetuam sibi
Vitam, sic mihi uiuens
Vuiennæ dedit hanc suæ.

IN EANDEM VIENNAM NICOLAUS PO-
lites Bruxellensis, philosophiæ apud
Viennam professor.

*Si quem prisca iuuant ueterum monumenta parentum,
Hæc legat, antiquis eruta scripta notis.
Que tamen affixo non sunt metienda Vienna
Nomine, promisso plus dabit iste liber.
Regna, lacus, populos, cum totis fluminis orbes
Gentibus, unius continet urbis opus.
Hic erit Alpino delapsus uertice, multo
Flumine ditatis nobilis Ister aquis.
Pannonias isthic urbes & sceptrâ uidebis,
Edita uicinis Norica castra iugis.
Gestaq; cognosces Romanis prælia dextris,
Iuncta leges ducibus martia signa suis.
Lazius hæc tanta, qua uerus dicere doctæ
Conditor historiæ debuit, arte refert.*

IN EANDEM VIENNAM IOANNES
Leander Silesius.

*Iulia si celebri famosa canenda triumpho,
Castrâ placent doctis si Fabiana uiris:
Si iuuat hyberna, & Romanæ gentis amare
Fortis Olumniaco dum tulit illa solo:
Æstiuos pariter Fabiano rege tumultus,
Sit placidus cupida mentis habere labor.
En stipata suis resonat nunc laudibus, arcta
Iulia, dat dotes posse uidere suas.
Lazius hanc uigili cura, studioq; perenni,
Luce sua nunquam sic memoranda canit.
Se promum tibi fert ueteri conamine condum:
Si sapis, hoc poteris noscere multa libro.*

AD EXCELL. PHILOSOPHI ATQVE HISTO-
rici Vuolfgangi Lazij Viennam, Marci Vassij
Foroiulienfis Apostrophe,

*Quàm te, quàm nitido Vienna cultu,
Antiquarius hic tuus poliuit?
Nam quæ barbarica undecunq; lexi,
Sparsa, Romulei nihil lepôris*

In te agnoueris haec lenus, diserti
Vulpangi ingenio politiori
Te, tandem sibi restituta, magni
Prisca Caesaris è cohorte natam,
Dicta unde es Fabiana, gloriaris.
Ergo quem Latium tibi dedit, dat
Eundem tibi Lazius nitorem.

F I N I S.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

AUTHOR OPERIS

beneuolo Lectori S.



Vperiore uere Viennam nostram, à librario quodam, ex autographo (quod etiamnum retinemus) descriptam, Basileam, occurrente forte nuncij opportunitate, miseramus Oporino, optimo & doctis. uiro excudendam. Ibi festinantia exclusi, adnotare uitia librarij omnia nō potuimus: sed Oporino, de nobis benè merito homini, literis ea de re datis, commiseramus. Qui, ut Epistola ad me sua testatur, partim febre, partim scriptoris incuria: partim, & potissimum uerò, priorum uocabulorum ignorantia, ut sanè uoluit & potuit, restituere omnia non ualuit. Ita que excusum librum euoluentes, reperiimus in proprijs potissimum, & authorū locis citatis, mendas quasdam: præterea aliquos, sed paucos admodum, uerborum & defectus, & excessus. Quæ omnia ordine antequàm tibi æque Lector subijciemus, libuit Oporinianæ epistolæ exemplum præmittere.

DOCTISSIMO VIRO D. VVOLFANGO

Lazio, Medicinæ ac Philosophiæ Doctore, Do-

mino suo in primis colendo.

Mitto ad te per Ioannem Petreii, bibliopolam Norimbergensem, Viennæ tuæ à nobis excusæ XII. exemplaria: unâ cum exemplari uno, in mēbrana excuso. Atq; utinam, ut non defuit mihi uoluntas gratificandi tibi, ita adfuisset facultas etiam. Magna enim parte, toto illo tempore, quo illa excusa est, grauissima febre laboraui. Quam tamen obstare mihi non sum passus, quo minus omnes formas (quas uocant) ipse etiam legerem, ut emendatior prodiret liber. Quanquā scripti exemplaris incuria plurimū nobis negotij exhibuit, maximè in proprijs nominibus, in quib. diuinare plerunq; oportuit, quū tam deprauatè pleraq; essent scripta, ut sæpe n & u, item r & t in proprijs, quippe ignotis mihi nominibus, non possem discernere. Itaq; uellem scriptorem, quisquis fuit, saltē in proprijs istis fuisse paulò diligentiore. Adde uerborum aliquot defectus, quos tu relegendo supplere uoluisse uidebaris. Verū quia ita reperiēbam, & tu editionem urgebas, malui per omnia, etiam in istis, exemplar sequi. Proinde oro te, & obtestor, mi D. Lazio, ut æqui boniq; operam hanc nostram facias: & nos, ut coepisti, amare, ornareq; pergas. Ignosces autem, quòd non prolixior nunc sum. Nam morbi iam recurrentis improbitas, uix hæc scribere magna cum difficultate permisit. Benè uale. Basileæ, 17. Septembris.

1546.

Io. Oporinus tuus ex animo.

6 In

IN PROPRIIS NOMI-

nibus mendæ.

In carminibus Syluestri bis pro Viēnæ, Viuennæ reponatur. Item fol. 9. ad marginem pro Saurmo, Iaurino legatur. 12. pro Tentonum, Teutonum. 13. in secunda linea pro Batainam, legatur Batauiam. 18. in uernaculo pro Perrhoff, Perkhoff. 32. pro Ionia, Iouia. 35. ad marginē pro Oronius, Orosius legendum. 40. pro Sclesia, Silesia, circa finem. 42. pro Varuefridus, Varnefridus. 43. pro Chagana, Chagano. 49. in margine pro Soffed, Sifekh. 54. pro Megenoldus, Menegoldus. 60. circa initium, ad marginem, pro Kaa, Laa legatur. 54. pro Mantrensem, Mautrensem. 61. pro Vespruniensi, Vesprimiensi: pro Sclauonia, Slacoconia: & pro Bononia, Bonomus, reponantur. 71. pro Ipso, Ipsio. 114. pro Khnostaynum, reponatur Khuostaynum. 115. in Rubrica Philippi, pro Christierno, legatur Christierni. 124. pro Vlsuio, Vlsenio. 130. pro Alobarches, legatur Halobarchos.

IN ALIIS VBI LITERAE VEL

sunt transpositæ, omisæ, uel superflua.

Fol. 19. in loco Vellei, licet errore nescio quo commisso, ex Suetonio citetur, pro pernicio, legatur pecunia. In eodem Vellei loco, pro uictori, uictor legatur, linea ferè undecima. 21. in loco ex Vopisco allegato, pro interfererent, interfereret legatur. 26. pro offerent, offerent reponatur. 27. in loco ex Tranquillo citato, pro unum, unam: & pro ciuitatem, ciuitate, reponantur. 34. pro coniectari, legatur coniectare. tertia à fine linea. 36. in linea duodecima à fine, pro erat, erant legatur. 40. quarta linea à fine, pro monumenta, munimenta reponatur. 44. linea septima à principio, pro conspicuam, legèdum conspicua. 45. pro κατηχηματις, legendum κατηχηματις. 50. pro miliario, milliario, linea 13. à fine. & ibidem tertia linea à fine, pro misertus, miseratus restituendum. 53. in loco ex Annalibus adducto, pro conuertebat, conuertebant. 54. pro ædes, ædem. 60. in Rubrica Vilhelmus, pro templum, templi legatur. Ibidem pro reperi, repperi. 61. in Rubrica Georgius, pro concionibus, cantionibus. 63. in textu & tenore Concilij, pro detentorum, reponendum detentores. 65. in Canone 6. Concilij, pro fastigiata, fustigata. 67. in textu & tenore Priuilegij, pro annuo, amodo legendum. 71. linea octaua, pro maxime, maximo. 79. ad marginē, pro constitutum, constitutorum. 101. in Rubrica Albertus, pro uiuidaria, uiuaria. 106. linea octaua, pro cognominant, legendum singulare cognominat. 123. pro magistratus, legatur magistratum, linea 6. à fine. 131. pro angelo, angulo. Ibidem, pro uulgu, uulgo. 125. pro artificium, artificum legendum est. Item fol. 136. in Rubrica Vulfensdorfer, pro gestum, gesto reponatur. 157. pro praelati, legatur praelatus.

SUPERFLVAE DICTIONES, INCV-

ria scriptoris suppositæ, animaduersæ uerò ab Authore, & omittendæ lectoribus.

Fol. 68. tertia linea à fine, PLATONIS dictio tanquam superflua accessit. Item fol. 89. s i particula bis superflua est, lineis 7. & 17. Fol. 103. quarta linea à fine, post cæteras dictiones QVOQVE dictio superuacanea est. Item fol. 107. PALATINI, ante Caesaris dictionem, in Ladislaus Rubrica, superuacanea est.

DEFECTVS DICTIONVM

sunt & in uerbis.

Fol. 51. linea 16, ab initio deest AEDIFICIUM dictio, inter quod & postea,

stea. Fol. 75. circa finem Privilegij, in numero annorum centenarius est
omissus: & legendum pro M. XCVIII. M. C. XCVIII. Fol. 132. linea à
fine sexta, numerus octonarius deest, & pro M. D. legendum M. D. VIII.

QVAEDAM DVBIA AVTHORITATE

confirmata, in Cap. praesertim secundo, Libri secundi.

CVRIVM PROCONSULEM AD DANUBIVM VE
nisse, praeter enarratorem vite Iustiniani et Plutarchum, testatur Sex-
tus Ruffus sub finem cap. 9. Dardanos (ait) & Mæsius Curius Proconsul
subegit, & primus Romanorum Ducum ad Danubium usque peruenit.

OCTAVIVM AVGVSTVM ad Danubium & ultra peruenisse, usque
ad Albim flu. Sueton. in Augusto docet: Domuit autem (ait) partim du-
ctu, partim auspicijs suis, Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniã, Dalmati-
am, cum Illyrico omni, item Rhatiam & Vindelicos, & Salassos, gentes
Alpinas. Coërcuit & Dacorum incursiones, tribus eorum Ducibus cum
magna copia caelis, Germanosque ultra Albim flu. submovit, ex quibus
Sueuos & Sicambros traduxit in Galliam, atque in proximis Rhæno a-
gris collocavit. Meminit & Strabo, Augustum ob latrocinia, Illyricas na-
tiones, Boios, Sennones, Gessatas ad Istrum collocasse. Ergo Vendum in
deditioem ab illo accipi potuisse, cuius in lapidibus Strabo mentionem
facit, non abs re forsan fuerit coniectare. Ad quam coniecturam pertinet
locus Strabonis lib. 5. Priscis igitur, ut dixi, temporibus plurimae Gallo-
rum gentes fluvium accolebant: è quibus amplissimae fuerunt Boij, Insu-
bres, & qui olim cum Gessatis Sennones, Romana per impetum potiti
sunt urbe. Hos Romani posteriorib. annis funditus deletos perdidit.
Boios vero è finibus eiecerunt. Inde migrantes, circumiacentes Istro locos
cum Tauriscis habitaverunt, bellum assidue contra Dacos gerentes, donec
ea funditus extincta est. Agrum vero qui ad Illyricum pertinebat, pasce-
dis ouibus idoneum, vicinis reliquerunt. Hæc ille. Quæ magno argumen-
to sunt, Tauriscos ac lapides, necnon Salassos, Gessatasque, ac ceteras Gal-
licarum nationum tribus, non magis ad Savum fluvium, quam ad Danu-
bium etiã fuisse. Hinc ualles à lapidibus, Tauriscis, Gessatis, Salassisque, in
Pannonia Interamnensi, ubi hodie Carniola, Cilium, & Charinthia: & in
Norico Ripensi ad Istrum, ubi hodie Austria, supersunt, eisdem gentilitijs
nominibus dictæ, Appenau, Thaur, Gaissau, Saltall.

NERONEM TIBERIVM ad Istrum item cū exercitu peruenisse, ibi-
demque castrametatum, docet Suetonius in Tiberij historia, his uerbis: Et
quanquam sæpius reuocaretur, tamen perseveravit, metuens, ne uicinus
& praeualens hostis instaret ultrò cedentibus, ac perseverantiae grande
precium tulit: toto Illyrico, quod intra Italiam, regnumque Noricum, &
Thraciam & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum maris A-
driatici patet, perdomito, & in ditionem redacto. Et iterum: Exhinc Rhæ-
ticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum ges-
sit, Rhætico atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dal-
matas subegit, Germanico quadraginta millia deditiorum traiecit in
Galliam, iuxtaque ripam Rhæni sedibus adsignatis collocavit. Idem apud
Velleium, qui in bello aduersus Maroboduum regem Marcomanorum
suscepto, Tiberium hyberna iam ad Danubium preparasse ostendit, & è
Carnunto, loco Norici regni ab hac parte proximo, æquali ab hoste spa-
cio, atque Sentium Saturninum (qui ex Cattis, continentibus Herciniæ syl-
uis excisis, legiones Boiohemum, cultam Herciniæ regionem, ubi hodie
Bohemia sita cernitur, duxerat) remotum fuisse tradit. Ergo si à Bohemia
uersus Herciniæ propagines, hoc est uersus Franconiã, Saturninus quinque
dierum

dierum spacio abfuit, abfuisse tanto spacio Tyberium in Illyrico et Panno-
nijs credendum. Id quod in ripam Danubij incidet planè, quo ex Bohe-
mia quinq; dierū itinere, iustus exercitus & quadratū agmen lento itinere
incederet: nempe 20. quæ ex Iglauia & Bohemiæ initio numerantur milli-
arijs. Hinc rectè Plin. lib. 4. cap. 12. Carnuntios inter Danubium & Herci-
niam syluam habitare dicit: sed ad Germaniæ confinia, quæ ueteribus ad
Istrum semper fuerunt, & usque ad Pannonica hyberna, quæ Velleius in
confinio Dalmatiæ, & Tacitus lib. 19. ab initio ad Petouionem collocant,
extendit, hoc est à Manhartzbergenfi sylua Austriæ ulterioris usq; ad Da-
nubium, & latius usq; ad Dalmatiæ confinia: ut non modo Petronelli pa-
gum Ripensem Carnuntum, sed omnes incolas Austriæ rectè Carnunti-
os fuisse dictos ueteribus, credendum sit.

Literas laureatas lætitiæ quidem nuncias præcipuæ, sed mediocris ui-
ctoriæ fuisse, docet Sueton. in Domit. De Cattis Dacisq; post uaria prælia
duplicem triumphum egit, de Sarmatis lauream modò Capitolino Ioui
retulit. Ex quo apparet, nuncium quidem de uictoria à Sarmatis relata, fu-
isse Romam allatum: sed cum dubia fuisset, nec digna triumpho, lauream
modò, id est duntaxat, in Iouis gremio collocatam fuisse. Sic Plin. lib. 15. in
cap. de lauro, distinctis uerbis tradit, laurum literis addi solitam, præcipue
lætitiæ uictoriarumq; nunciam. Ita ut uictoriarum in genere incertarum
adhuc nuncia fuerit, lætitiæ uerò præcipuæ. Marcell. lib. 16. cum Dux ali-
quis simpliciter fortiter fecisset, mitti solitas lau-
reatas literas tradit.

AD

AD NOBILES ET PRVDENTES VI
ROS CONSULEM SENATVMQVE

Viennensem, in Viennam suam Præfatio

Vuolfgangi Lazij Viennensis.



OMPERTVM uobis esse arbitror, pruden-
tissimi uiri, eam multis fœlicitatem contigif-
se nostra etiam memoria Rebus publicis, ut
à cultioribus ingenijs, non solum literis ad-
serta horum oppida, uerùm laudis etiam
rationem, à uetustate historiâq; rerum ma-
gno labore erutarum, constitutam, certâ &
æternam consecuta fuerint. Nam de his que
uel de Troiana, aut Thebana antiquitate perscripta ab Homero
sunt, nihil attinet dicere. Etsi probandum eorum quoq; laborẽ mul-
ti existiment, qui historias memoria sua antiquiores aliquando su-
sceperant, unde laus generis, memoria loci, honos & gloria nomini
cõstituta postea sunt. Tantum operam nostrã lectione magis ac ue-
niã dignã nec exteri improbare debebunt, quod intra Germaniã li-
mites manserim, nec longius directo stilo, patriã meã eam inquisi-
tionẽ dederim: in cuius amore conuiescere, multi ex doctis nõ so-
lùm pulchrũ duxerunt, sed etiam iustum. Nam de longinquis scri-
bere, & nobis incognitis locis, aut in aliam terrã plagam calamum
transferre, ut plenũ laboris est: ita & fallax inquisitio ac incerta, ue-
ritatis apud posteritatem magis periculum recipere, quã cõstitu-
ere modum potest. Vt haud mirer quamobrem Æneas Pius, alio-
quin doctus uir, et quo Fridericus Cæsar in maximis rebus & ma-
ximè necessarijs semper utebatur, cum Austriã ab hero iussus esset
in literas mittere, eius exordia paulo altius repetere noluerit, nec ue-
ritatis ad se periculũ in omnibus receperit. In quam cogitationem
cum uenirem, ac simul illud pressius mecum cõsiderarem, in tribus
omnem à Philosophis constitui pietatẽ, & non tam quã Deo op-
timo maximo & parentibus debet, quã quã patriã est exhiben-
da pietatis absolutã rationem, homini libero amplectendam esse:
deinde uerò cum insignem aliquam & utilem patriã, corporis fa-
cultate operam præstare, partim turbulenta in quã incidimus tem-
pora, partim uerò literarum dulce ocium quo delectamur non si-
nerent, multo tempore dubius animus, in hunc tandem portũ ap-
pulit, ut omnem nostrã uim in animo sitam esse censerem. Et quem
admodum ille inquit, rectius mihi uisum quoque est, ingenij quã
uirũ opibus gloriam quærere. Quam uestrã magis urbi, uobisq;
quã mihi partam existimabã, si eius exordia, laudisq; gradus, &
rationes, labore ferè semestri sumpto, paulo altius repeterẽ: memo-
riãq; uestram quã maximè longã efficerem. Qua in re non meã
sponte, nec ingenij mei uiribus confisus, sed uestris officijs iussuq;

A anima-

animatus, in eum me conieci laborem, ut post diurnam illam & periculofam bibliothecarum, coenobiorum, scriniorumque, tum principum Austriae, tum uero urbis uestrae perlustrationem, adhibita quoque authorum graecorum latinorumque lectione, de sensu tandem uobis meo aperirem, & quae mea esset de isthac urbe sententia, origine eius, uetustate, nobilitateque, literis mandarem, ubi in lucem editus, educatus, et ubi uitae ornamenta quaedam adiumentaque consequutus sum. Quod ipsum libenter sane feci. non quod in ea re rationes nostras iactare uelim, in quo multos concidisse constat: aut quod mea inculta oratione uobis plus splendoris accessurum putarim, quam ante tot praecclare et fortiter gestis, annorum fere uiginti interuallo, aduersus Turcas, ceu totius Christiani orbis firmissimum quoddam propugnaculum consecuti iam laudati estis: sed quod fluxam illam & breuem memoriam crederem, quae a diuitijs ac fortuna petitur: & multas magnas Respublicas memoria tenerent, nec adificijs gestisque ac opum cumulo Viennae inferiores, scriptorum indigentia non loco tantum, sed memoria quoque hominum omni excidisse. Nec ignoro, Ioannem Cuspinianum uestri ordinis amplissimi quondam praefectum, ac Caesari Maximiliano a consilijs, in historijs uersatissimum uirum, id aliquando conatum fuisse. Cuius fragmenta, quod in lucem non ueniant, aut haeredum incuria est: aut quod imperfectum opus, & ut mihi uidetur, dubia fide, premendum duxerit. Quae mihi causa una fuit, ut historiam urbis uestrae scribere aggressus fuerim, ut haberent alij uidelicet, quibus cumulatius dicendi genus contigit, materiam, unde cultiora concinnent, & ceu miscellanea quaedam assidue ob oculos sibi proponant. Quae in multis gentium historijs deducendis ob origine, doctis etiam adiumenta non parua dederunt. Nam ego sic existimo, ut medicina multo tempore, a uarijs, suffragante experientia, collecta, tandem in ueram & genuinam artis formam excreuerat, ita in historijs contingere solitum: nec ante aut Thucididis, aut T. Lii fontem nectaris suauissimum, orationemque magnificam fluxisse, quam annalium materia ab his condita fuerit hominibus, quos in adnotatione rerum aut labor improbus, aut parta cognitio, aut oculata denique fides iuuauerunt. Quae ipsa nuda quoque interdum ac sincera, sine uerborum lenocinio, ueritatis magis perspicuitate apud posteritatem, quam uerborum aut obscuris aut suspiciosis phaleris fidem merebatur. Nam in qua alia re, Homerus ac Maro fidem apud exterarum gentium defecere, quam quod inutili ut plurimum & ficta rerum uerborumque ambage, culta tamen ac accumulata oratione, nec unquam a quouis imitanda, rerum quas scripserunt, tam leui momento & suspicionem facili pendulam fidem famamque, lectori ingratam quoque ac uix credendam reddiderint. Nos in Commentarijs his aperta uisus sumus dictione, oratione uero ab annalium instituto haud diuersa.

Viennæ quoque, non Austriae scribimus historiam: atque in ea non perpetuo & pleno incedimus dicendi genere (quod in Commentarijs rerum Austriacarum facimus) sed per capita diuisam, authorum locis insertis & lectione & fide dignam facimus: imitati in hoc Beatum Rhenanum præceptorem nostrum, qui in rerum Germanicarum commentarijs, idem prior fecit, sed felicius, & grata magis dictione. Ea quæ in transcursu illius copiam cornu fabulosa uidebantur, & ad fidem minus prona, à reliquo corpore rescuimus, ueriora sequuti, quemadmodum Tullius in Oratore præcipit. Sed illuc redeo (inquit) uideatis ne quantum munus sit oratoris historia: haud scio an flumine orationis, & ueritate maximum, neque eam reperio unquam separatim instructam Rhetorum præceptis. Sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid uerè non audeat: ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua similitudinis? hæc ille. Quem ego locum, cum memoria tenerem, ac simul cogitationes aliquas, ueritatis tamen fundamentis constitutas, uobis dignas meditarer, tum in hanc potissimum curam incubui, ne plura dicere uiderer, quam historiae fides permittit: aut encomium urbis uestrae alijs exaggerarem, quam res ipsa aut requireret, aut haberet. Officia enim uestra (quæ maxima sunt) & in singulos amplissimi ordinis uestri obseruantia, non prolixiorum orationem nostram, aut laudum cumulum maiorem, sed ut libentius ea susceperim consilia, & uela tandem uentis dederim, effecere. Proinde, quod multi faciunt, & adulationis sibi uidentur inde crimen conciliare, suspicionem diluere prius uoluimus, & simul lectoris animum explorasse, ut quam uerè & aperte in hisce scripserim commentarijs, qui ad Vienna uestrae, immò nostrae, commendationem pertinere uidentur, omnes intelligant. Nec hoc dico, quod alijs bonis & doctis uiris, qui simili instituto Respublicas suas laudarunt, aliquid derogem, aut mecum pari sorte componere audeam, quos multas celebres historias & uetustatis non contemnenda quaedam exempla sic in literas retulisse constat, ut etiam magnis ingenijs grata, & cultioribus naturis iucunda & honesta extiterint: sed quod ita natura comparatum esse sciam, & hoc carpendi generi mortali insectandi que studium inesse, ut ille inquit, Præcedentis semper spectetur mantica tergo. Quod ne metuam, aut magnopere curem, partim authoritatis uestrae intercessio, partim amoris illius, quem patriæ debeo, uis, ac non moderandus quidam impetus, consolantur. Quibus & illud obijcio, sæpe etiam olitorum opportuna fuisse loquutum, & inter olera corchorum etiam nasci. Suscipite igitur, optimi uiri, Viennam nostram, immò uestram, à nobis semestri spacio, non pleno ore & accumulata oratione, sed simplici & aperta dictione descriptam. Quam consultò ante Comentariorum nostrorum rerum Austriacarum, quos inuictissimo Prin-

4
 cipi, domino nostro clementiss. Ferdinando Cæsari dedicauimus,
 (dum hi adornantur) in lucem dare constitui, & uestro inscribere
 nomini: quòd uestram dignitatem, ordinem, nobilitatē, atq; aded
 uetustatem urbis uestræ contingat, nemini alteri quàm Viennam
 Viennæ consecrare dignum erat. Quam ut in auctoritatem ue-
 stram patrociniūq; aduersus obtrektorū morsus recipere di-
 gnemini, unà cum huius non autore, sed scriptore potius, ac uestris
 officijs obstrictissimo: ita rogo, ut existimetis, cumulatissima satisfa-
 ctione hoc genere candoris responsū esse, si uoluntatem, nō rem
 consideraueritis: ac quæ à sincero & grato animo profecta sunt, in
 bonam partem interpretanda duxeritis, qui in me ornando princi-
 pem semper locum tenuistis. Nec ignoro, quàm hæc indigna ue-
 stra amplitudine existant. Sed cogitabitis (ut ille inquit) culpam nul-
 lam esse, cum id quod ab homine præstari nō potuit, euenerit. Nec
 aliquis est tam afflictus, qui si nihil aliud studet quàm id quod agit,
 non possit nauare aliquid & efficere. His me amplissimo ordini ue-
 stro commendo. Ex ædibus paternis, Viennæ Au-

striæ. XVII. Cal. Augusti, Anni

M. D. XL V.

D. V.

deditis.

Vuolfgangus Lazius Viennensis, phi-
 losophiæ & medicinæ doctor.

RERVM

RERVM VIENNENSIVM LIBER

PRIMVS. DE VETVSTATE VRBIS

Viennensis, nominisq; ratione
& origine.

VVOLFANGO LAZIO VIENNENSI MEDICO
ac philosopho authore.

CAP. PRIMVM, DE VETVSTA

te Viennæ, lociq; eiusdem, in genere.



VIENNAM descripturus, celebrem illam
ac toto penè orbe terrarum cognitam Au-
striæ urbem, quod cæteri facere solēt rerum
scriptores, qui inter cæteros docti disertiq;
habentur, rationes omnes eò conferam, pri-
mum ut exordia huius, ueritatis fundamen-
tis constituam: deinde uerò, ut digna ista ur-
be encomia ita exaggerem, eòq; ordine ac
breuitate explanem, ut aurium commendatione & tradi feliciter,
& ipsa rei magnitudine auidius hausta teneri animo quoq; faci-
lius possint. Iam enim, unde gens quæq; processerit, quibus conse-
derit locis, & quibus populis promiscuas permutarit aliquando se-
des, quidam haud temerè quærendum existimant, ipsumq; intelli-
gentiam operis & rei dignitatem requirere uolunt. Quæ satis mi-
hi uidentur inscribenda huius Urbis historia laboris habere, si in-
quiras: notæ uerò, nugarumq; si ad firmes omnia. Negant enim ea
scribenda historia digna esse, quæ nihil ex uero trahunt, & in qui-
bus credendi modum constituere non possis. Nam quæ post homi-
num memoriam acciderant, & orbis terrarum regionibus, tempo-
rumq; interuallis definita, cõstitui ante oculos poterant, uerbis ac
oratione dilatare pleniore, forsitan haud difficile multis fuit. At Difficultas
scribendæ hî
storie.
quæ extra limites memoriæ, longa temporum obliuione iniuriâq;
deformata sepultaq; iacent, & quæ in ætatē nostram omnia haud
cõueniunt, hæc non nuda rerū gestarum ac simplici quadam expla-
natione definienda sunt. Quæ uetustatis è carie, situq; haud sine
multo labore, longoq; tempore eruuntur, ea haud tenui orationis
genere, ut ueri ad se periculum apud posteritatē recipiant, ac quo-
ad eius fieri potest probentur cunctis, uerbis illustranda sunt orna-
tioribus. Proinde de Viennæ initijs antequam certi quippiam con-
stituerò, ipsam nudam loci uetustatem enarrabo: pictores imita-
tus, qui primo loco totius rei imaginem conformant, atq; inde ab
umbris rerum ad corpora ipsa descendunt. Celebritatem igitur Celebritas lo-
cis à uetustate
indita.
apud ueteres nominis, locis plerisq; uetustas indidit, fortè quia (ut
Cicero animaduertit) antiquitas pcul ad deos immortales accedit:
& ut habet auctoritatem in ætatibus senectus, sic in exemplis uetu-

*Vetusta loca
Germaniæ,
Troia dicta.*

*Monumēta ue
tusta Viennæ
reperita, & in
eius uicinia.*

*Historia de
Naman princi
pe Assyriorū
in loco Vien
næ reperita.*

*Numeri anno
rum in Hebrai
cis monumen
tis cōprehenfi,
in quas ætates
incidant.*

*Emigratio gen
tium.*

*Annalium Au
striæ de Abra
hamo figmēta.*

ftas. Quo nomine Thebæ Troiaq; non poetis solum, & rerum scriptoribus, sed gentibus etiam, Barbarisq; decantata loca fuere. Ut ea apud maiores etiã nostros, ueteres illos Germanos inquam, cōsuetudo passim tenuerit, omnes uetustatis ruinas peculiari quodam antiquitatis amore Troias nominare. Hanc antiquitatis rationem Vienna nostra, de qua nobis sermo futurus est, quã usurpet, & ex multorum seculorum serie trahat, facile docent ea monumenta, quæ in nostra memoria, in loco Viennæ eruta sunt, literis Hebraicis sculpta, cum additione numerorum, à condito mundi 2550, 3899, 4016, &c. in quibus & diuersa urbium nomina recensentur, quarum nec apud Hebræos, Græcos, Latinos uel autores mentio ulla occurrit: & historia insuper illa ordine explicatur, quæ est in libris Regum, quemadmodum Naamon princeps Assyriorum persecutus Iudæos sit: cuius uim Abiud Hebræorum tum princeps solus fregerit, cuius sarcophagum, uel sepulturam preciosam in loco Viennæ fuisse, monumentum supradictum, ibidem reperiunt, in hanc sententiam testatur. Quæ à nobis sunt omnia, partim in rerum Auftriacarum commentarijs, partim in eo libro quem seorsim de Gentiū in Austriæ prouincijs immigratione, scripsimus, fusius explicata. Quæ in re si temporum ordinem, seculorumq; obseruare uoluerimus, facile deprehendemus, eos monumentorum annorum à creatione mundi numeros, partim incidere in annum ab exitu Aegypti centesimum & octauū, quo tempore Israelitas constat seruisse Egloni regi Moabitarum, ante Geryonis adhuc in Hispanias, Taurisci uerò ac Herculis in Germaniã Galliamq; emigrationes: & antequam Cimerij adhuc ex Bosphoro Cimerio, Heleno rege duce, ad Rhenum in Germaniam commigrassent, unde Sicambri postea, Franci & Germani orti sunt. Ut de ceteris inscriptionibus Hebraicæ uetustatis nihil addam: quæ partim incidunt in annū ante natum Christum centesimū & uigesimum primū, partim uerò in ipsam Tiberij & Constantini magni imperia ac ætates. His subscribere uidentur uulgares nostræ gentis annales, quæ Abrahamum quendam referunt, cum filijs Athaym & Salym, filiaq; Rebecca, & uxore Susanna, anno post diluuium Noæ octingentesimo & decimo, in Austriæ tractum uenisse, ex nescio qua terra Theomanaria, longis itineribus profectum, & in eo demum ulterioris Austriæ loco ad Danubij ripam cōsedisse: quem incolæ Stokherauu appellant, diui Colomanni martyrio nobilem pagum: & loco nomē dedisse Auratim, tractum uerò huius terræ uniuersum Iudaïsaptam nuncupasse. Atque in eo ordine successisse Hebraicos principes, Athaym, Rabam, Laptam, Synnam: & horū nominum Hebraicorum Barbaricorumq; plures, nominatim ijdem nostræ gentis annales recensent. Tum sarcophagos aut cōditoria horum extare in Stokherauu, Tulna, Graitznstayn, & ipsa nostra (de qua sermo

fermo est) Vienna adfirmant: tum frequentem ab huiuscemodi in colis principibusq; huic regioni, nominis mutationē pōsteriorib. seculis accidisse: deniq; Iudaisaptæ ac Auratim nomenclaturis paulatim abolitis, Sauritium, Saunas, Paunus, Filañ, Finai, Corrodantiam & Auaratam, eum terræ tractum, in quem Austria hodie ab utraq; Danubij ripa excurrit, appellatum nominib. fuisse. Qua de re in eo libro, quem de Gentium emigratione conscripsimus, seorsim ac copiosius tractabimus, ipsis quoq; Hebraicorū monumentorum exemplis ac rhapsodijs adductis.

CAP. II. VIENNAM NON ESSE

Vianam, Flauium, uelut alij existimant, Flavianam à Romanis appellatam.



Vo nomine eam urbem maiores nostri appellarint, quàm hodie uoce ad imitationem Gallicæ ciuitatis tracta, Viennam appellamus, totius Austriæ facile principem: & utrum ex uetustate aliquid trahat, & florentibus Romanorum rebus condita fuerit, multi etiam ante nos dubitarunt. Quo maior à nobis est inquisitio habita, & quòd opere ædificiorum, frequentiaq; incolarum, & mercatorum emporio (qui ex Hungaria, Bohemia, Polonia, Sclauonia, Italia, Germaniacq; in hanc quottidie cōmeant) nostra ætate nominatissima: & quòd Solymani Turcarū tyranni grauiante paucos annos obsidione pressa, ac sæpius postea nequicquam tentata, totius ad eò Christiani orbis ceu propugnaculū quoddam ac uallum firmissimum, ipsa porro nostra patria dulcissima existat. Nec moror eos, qui eam Flavianam quondam, aut Flauium, Vianam, Galbianam, ac deniq; Iulio bonnam, ex Plinio & Ptolemæo adstruere conantur. Quibus & hi accedunt, qui eam à præterlabente riuo (quem Vuiennam dicunt) id primum omnium nomen sortitam fuisse existimant. Iam enim possunt ista euidentia horum ad hanc rem concinnata argumenta uideri, quæ de Flauianorum stirpe ex Tacito colliguntur: Pannonicas nō solum his legiones, Decimamtertiam, Quartamdecimam, Septimam, Galbianam, Vespasiano inquam ac Tito ad imperium retinendum auxilio fuisse, & harum usq; obsequium fidemq; ueterem & incorruptam erga Flauianos extitisse: uerum hos ipsos etiam uiros antequam imperij fasces usurpassent, Pannonijs præfuisse cōstat, & multas ibi præclaras res cū summa laude cōiunctas gessisse aduersus Marcomanos & Quados, qui obiectā Norici Pannoniacq; ripam incolebant. Quemadmodum de Vespasiano Suidas, κλαυδιῶ τῷ βασιλεῖ (inquit) στρατηγῶν ἐπὶ γερμανῶν καὶ βρετανῶν, ἁμὰ καὶ κρατερὰς ἀντιπαρρησιατο. Et de Tito Tacitus in oratione Mutiani (cuius ductu ac instinctu Vespasianū imperium arripuisse constat) Ne tamē Mutianū socium spreueris (ait) quia æmulum

Gallicæ Viennæ Liuius meminit.

Quibus rebus Vienna Austriæ celebris sit.

Hæc Aeneæ Syluij & Sabellici fuit opinio.

De Flauio & Viana Norici oppidis, Plinius lib. 3. ca. 24. Pannonicæ legiones, de quibus sæpe Tacitus li. 17. et 18.

Flauiani Pannonijs præfuerunt.

Vespasianus ad Danubij litem præfuit Germanico exercitui.

non

non experiris: me Vitellio antepono, te mihi: tue domui triumphale nomē: duo iuuenes, capax iam imperij alter, & primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus, hæc ille. Quibus uerbis ad Titum adludere uidetur, & Germanicos exercitus intelligere, quos ad Danubij limitem in Norico ripensi ac Pannoniæ superis ripa, Romani statim à Tiberij Cæsaris imperio, aduersus oppositos Germanos annuo stipendio alebāt, legiones uidelicet Germanicas XIII. XIII. & postea X. adiectam. Nec ignoro, ad istam quoque nominis Flauianæ coniecturam pertinere & ista posse, quæ de Tito Appio Flauiano, à Cornelio Tacito scripta sunt Titus Appius Flauianus (inquit) natura & senectâ cunctatior, suspiciones militum irritabat, tanquã affinitatis cum Vitellio meminisset: idemque, quod cœptante legionum motu profugus, dein sponte remeauerat, perfidiæ locum quæsiuisse credebatur, nam Flauianum omissa Pannonia, ingressum Italiam, & discrimini exemptū, hæc ille. Cui rei & inscriptio ista accedit, de decima legione reperta, quã in confinibus Norici Pannoniæque, Ptolemæus & Antonini itinerarium statuunt: & rem ita se habere, quottidie apud nos eruta monumenta testantur. Verisimile foret enim, ab Appio Flauiano legioni nomen inditum, qui eam duxit: perinde ut à Claudio & Galba octauæ ac septimæ nomenclaturam accessisse, Tacitus scribit: Videtur aut monumentum istud alæ Flauianæ meminisse, sub Decima legione Ferratensi, uel Fretensi, his uerbis:

L. VALERIO PRISCO VIEMENSI PRAEF.
II. CON. DVA TERTIAE ET SECVNDAE
EQVITATVM TRIB. LEG. X. FRETENS.
PRAEF. ALAE FLAVIANAE.

Eiusmodi argumenta plura accumulari possunt, quibus non solum Flauium, aut Flauianam adstruere licebit: sed quibus placet, Vianam, Galbianam, & suam denique Iuliobonnã confirmare. Nam & Galbianæ legionis septimæ in Pannonia prima, non semel Cornelius uidetur, libro potissimum 18. mentionē facere: & qua ratione à Flauianæ nomenclatura, prima syllaba dempta, eadē & in Galbianæ uoce, Bianã emergere apparet. De Iuliobonna locus apud Ptolemæum apertus est, qui ad Cecij mōtis promontoriū, ad Danubij ripã, eã simili planè situ describit, & decimã inibi Germanicam legionem collocat. Cuius quidem cuncta, quæ intra Viennam nostram, & extrã in proximis pagis (quæ quidem à me collecta, & in huius legionis enucleatione descripta plurima sunt) monumenta nomen numerosque præferre uidentur. His adde, quod lateres à me recens Viennæ eruti, nominatim hanc obijciunt inscriptionem, LEG. XIII. GE. IV LI. quam legionem Pannonicam non semel Tacitus & nominat, & recenset. Hic iam incertum est, à Iulio ne Cæsare, an Iulio maximo Pannoniæ præside, Iuliam hanc appellatam fuisse:

Titus itē Germanico exercitui præfuit ad Danubij limitem.

Legiones Germanicæ quæ.

T. Appius Flauianus præses Pannoniæ sub Galba & Vitellio.

Decimæ legionis statua.

X. legio dicta Flauiana.

Vianæ meminit Plin. lib. 3. cap. 24. inter oppida Norici.

Iuliobonna.

Iuliobonnæ uocis etymō.

fuisse: & Bonnæ, hoc est territorij, siue agri, aut ipsius deniq; legio-
nis statione peculiari Germanis uoce accedente, Iuliobonnam, ad-
seuerare debeamus. Sanè utriusq; quædam rei argumenta sunt, &
quòd Cæsar in Commentarijs suis decimatertiæ uidetur legionis
in Gallijs meminisse, à se eò traductæ: & quòd ex duabus conflata
esset, Geminæ denominatæ: & quòd multa apud nos monumenta
eruantur, quæ Iulij maximi proprætoris & decimæ legionis Ger-
manicæ in Pannonia superiori collocatæ mentionē faciunt. Quæ
mehercule omnia probabilia ad nominis Viennæ etymon, ratio-
nemq; reddendam uideri multis, at non certa nobis esse confirma-
taq; possunt. Quando & nostræ gentis annales, & uetustissimo-
rum apud nos cœnobiorum exordia, diuicq; Seuerini horum agro-
rum apostoli reclamare historiam uidemus. Quod deinceps pluri-
bus uerbis ex re & ordine constituetur.

*Improbatio
supradictorū
omnium.*

CAP. III. VIENNAM, VENDVM ET

Vindobonnam appellatam primū omnium fuisse.



T Viennā, Vindobonnā, siue Vendū, statim ab huius cō-
stitutiōe nūcupatā à Romanis fuisse crederē, nō me Beati
Rhenani grauis autoritas tantū adducere potuit, q̄ mihi
ea persuasere tandē, quæ in ipso Viennæ situ uetustatis e-
xempla, recēti seculo, in hanc sententiā pleraq; à nobis reperta sunt:
quæ præter ipsum Vindobonnæ nomen expressis literis incisum, le-
gionis decimæ Germanicæ, & Fabianæ cohortis meminere. Vt om-
nia pulchrè & Antonini itinerario, & uetustissimis apud nos literis
inuentis, annalibusq; cōuenire animaduertā. Iam enim quis nescit,
Antoninum, cum iter per ripam superioris Pannoniæ, à Danubij
& Arrabonis confluentib. describeret, municipia ad Cecium mon-
tem enumerare LXX. uel paulo pluriū milium passuū itinere, Ad
muros, Quadratum, Gerulatam, Flexum, Carnuntum, Equinocti-
um, Alam nouam, & Vindobonnam: Decimæ legionis Gem. lite-
ris nominatim Vindobonnæ adiectis. Nec tantum distantia ra-
tionibus ad unguem conuenientibus tribuerem (quæ nostra æ-
tate, ab hisce confluentibus Viennam sedecim iustorum millia-
riorum est) nisi & omnium rudera horum in medio itinere ex-
tare, & decimæ legionis (ut descripta est) in Viennensis urbis ui-
cinia haud uulgaria argumenta perspexissem. Quod dico hu-
iusmodi est: à Rabio Viennam euntibus, haud procul à loco
quem Altenburgum uocant, pagus ruinosus occurrit, ubi aliquot
Venusij ac Vari cuiusdam inscriptiones obseruauī. Quem quod
Ad muros oppidi (quod Murocinctam Ammianus in fine libri
trigesimi appellat) ruinas continere existimē, facit quòd nec distan-
tiæ ratio, quæ est sex miliariorum, nec nomen ipsum abludit. In-
colæ barbarè (ut cætera omnia) Sumareyn locum nominant. Sta-

*Monumenta
inscriptionū
prope Vien-
nam reperta,
Vindobonnæ
nomen inci-
sum habent.*

*Catalogus mu-
nicipiorum ri-
pensū in Pan-
nonia superio-
ri.*

*Iter à Rabio,
siue Saurmo
Hungariæ Vi-
ennam.*

*Murocinctā,
siue Ad mu-
ros. hodie Su-
mareyn, pa-
gus haud pro-
cul ab Alten-
burgo.*

B tim

Gerulata, Cherulata, & Chertobalus, hodie Cherlburg, & ante annos ducentos Chersulenburg, ruinosum castrum & pagus in medio Brespurg ac Altenburg. Flexum, nunc Bresburg, forte à Bregetio nis ueteris rudibus, quod Pisonium, & barbarè Tiberij apud Pannonies duce.

tim ab eo loco ad Danubij ripam, quæ Viennâ ducit, reliquorum uestigia occurrunt, Cherulatae (quæ Chertobalum Ptolemæus dicit) in Cherlburgo: Flexi in Bresburgo, quod ibi Danubius scilicet in duos alueos ceu cornua inflectitur, ac insulam illam postea nominatissimam constituit, quam Cituatu Hungari, à Cituis ueteribus incolis (quorum isthic ad Arrabonis cõfluentes & Ptolemæus meminit) uocât: Germani hos imitati, die Schut. Deinceps Danubij ripam rectâ legenti, sese loca ruinosa ac uetustatis monumentis celebra obijciunt, Petronella, ubi Carnuntum illud uetus sitû fuisse (cuius Velleius Paterculus, Orosius, Capitolinus, Spartianus, T. Liuius, Plinius, ac Ammianus meminere) præter ruderû monumentorumq; frequentiam, quæ ibi unius mediæ milliarij distantia eruuntur, ea testimonia quæ nobis ex antiquis annalium codicibus ac prærogatiuis cœnobiorum, à Carolo magno potissimum, eiusq; filio Ludouico Pio accedunt, satis coarguunt. Ab eo loco Viennam septem milliaria subducimus, hoc est, ut Antoninus à Carnunto Vindobonnam supputat, xxviii. millia passuum.

Quibus locis Austriae decimæ legionis monumenta sint reperta.

Itineris intercapedo à Vindobonna Laureacum.

Comagenû, ubi hodie Holzburgum.

Cetia, diui Floriani patria, hodie Ceissenmaur, ubi Ceciensis alæ equitû sub legione X. inscriptio reperta.

Laureaci ruine in Ensio.

Distãtia inter Vindobonnã et Patouionẽ.

Ruine ueterû municipiorû inter Viennã & Patouionẽ Styriæ.

In eo itinere & Alam nouam in Vischamundio, loco uetustatem referente, constituimus: & à nobis decimæ legionis Germanicæ exempla, in pagis intermedijs Vischamundio, Leopoldstorffio, Fensdorffio, & ad latus Geresdorffio, quot per deos immortales, tum intra ipsum oppidum Viennense in diuersis ædibus, ac isto qui recens actus est aggere, reperta sunt: de quibus suo loco à nobis copiosius dicitur. Atqui nec cætera itinera ad Vindobonnam supputata, nostræ coniecturæ reclamant. Nam à Vindobonna iter, quod subducit Antoninus Laureacum usque, octuaginta octo millium passuum, & hodie hanc intercapedinis habere rationem apparet, hoc est milliariorum Germanicorum iustum xxii. Ac extant horum ruinae quoq; in eo itinere municipiorum, quæ Antonini itinerarium recenset, hoc est Comageni in Holzburgo, è regione Cambij fluuij: Cecia, in Ceisenmuro: Arlapis, siue Aræ lapideæ in Pachlaru, ubi Erlaphus fluuius nomẽ uetus retinens in Danubiũ exoneratur. à quo Ensium, hoc est Laureaci ruinas quinq; milliaria, uel ut Antoninus supputat, uiginti millia passuum numerant. Sed nec illa dissentire intercapedo nostro tempore apparet, quam is inter Vindobonnam & Patouionem colligit, centum & octuaginta quatuor millium passuum, municipijs intermedijs, in quæ uiator diuerterat, Aquis, Scarabancia, Sauaria, Arrabone, & Alicano. Enimuero nostris id hominib. constat, qui eam aliquando à Vienna Austriae, ad Styriæ Patouionem, Drauiq; ripam, uiam susceperunt (si modo, ut eam hic Antoninus per amba-

ges describit, per Sabariam Hungariæ, nec procul à confinib. Austriae Styriæq; positum municipium ingressi fuerint) tanto ferè spacio emetiendam : oppidorum quoq; intermediorum locorumq; ruinas pertranseundas esse, Nouam ciuitatem, Oedenburgū, Staynamanger, Sanctum Gothardum, & Lyinbachum apud Hungaros ducatu nobilem locum. Et ut nihil non ad huius nostræ coniecturæ confirmationem adducamus, idem Itinerarium iter describens à Sabaria Vindobonnam, octuaginta nouem millium passuum id colligit, in medio occurrentibus municipijs Scarabantia & Myrteno. Quæ distantia ratio, & hodie inter Viennam Austriae & Hungariæ Sabariã (quam à uetustatis rudibus Staynamanger nuncupamus) animaduersa est, utpote uiginti milliariorum nostratum. Sunt quoq; in eo itinere transeunda loca, quæ aliquam uetustatis prærogatiuam, Oedenburgum & Marciū : quorum hoc Mirtenum, illud uerò Sacarbantiã refert, uel (ut quidã habēt) Scarabanciam, diui Quirini martyrio nobilem locum, & ubi multa à nobis uetustatis exempla animaduersa sunt. Hæc omnia eiusmodi sunt, ut Vindobonnæ rudera in Vuienna nostra Austriae extare testentur, loco uidelicet in ipsis quondam Pannoniæ Noriciq; colimitijs. Proinde rectè Iordnandes, Gothicarum rerum author, delineans Pannoniam, duobus eam potissimis municipijs utrinque, hoc est ab oriente & ab occasu concludit, Sirmio & Vindobonna. Quorum hanc ab occasu, illam uerò ab ortu ultimam fuisse, uerisimile est. à cuius nomine & in hanc nostram ætatem, ager qui inter Sauum, Drauum, & Danubium medius interiacet, uino generoso nominatissimus, Syinigijs gentilia apud Hungaros lingua, & latine ab his Sirmiensis appellatur. Gothi uerò cernentes (ait) Gepidas Hunnorum sibi sedes defendere, Hunnorumq; populum suas antiquas sedes occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quàm cum discrimine suo inuadere alienas, accipiētes Pannoniam, quæ in longa porrecta planicie habet ab oriente Mœsiam superiorem, à meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, à Septentrione Danubium, ornata patria ciuitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindobonna. hæc ille. Cæterum ut colophonem huic capiti imponamus, existimo ego (in qua & Beatus Rhenanus sententia est) à Venedorum populorum territorio, & banno (ut Germani uocāt) tanquam Vendobonnam denominatam esse: fuisseq; eam Romanis consuetudinem, cum ea à Teutonicis nationibus loca adseruissent, ut earum uoces in suam transtulerint pronuntiationem: perinde ut Rhætorum cohortis statua in Regijs castris Rhætobonnam, quam hodie corruptè Ratisponā uocamus, & in Pannonia Sauia Aurobonnam & Terbonnam, itemq; ad Rhenū Bonnam appellarūt. Vendi porro oppidi ab Augusto Cæsare inter cætera Illyrici municipia subiugati, mentionem Strabo facit his uer-

Distantia inter Sabariam & Vindobonnam.

Sabaria hodie Staynamanger, diui Martini patria, quam Claudij Cæsaris coloniam Plinius uocat lib. 3.

cap. 24.

Sacarbancia, cuius præter Anto. itinerariū meminit diuus Hieronymus & uita diuo Quirini, hodie Scarpring propè Gunsum, in confinijs Hungariæ & Austriae. Sirmii Pannoniæ inferioris metropolis erat.

Vnde Vindobonna sit dicta.

Rhetobonna, id est Rhætorū cohortis statua, in regijs castris: unde corruptè Ratisponam, & Regensburgum. Aurubonna, & Terbonna.

Vendum oppi-
dum, postea
Vendobonna.

Horum oppi-
dorum uesti-
gia supersunt
in Carniola,
Metulli in
Troia regio-
nis dictæ Me-
dunkhe, supra
Celeiam: Au-
rubonna in
Aurzburg, &
Monetij in
Monspurg.

bis: Porro lapides circa hos habitant locos, gens Illyricis Gallicisq; immixta, & penes istos est sublimitas. Lapides igitur uirorū florentes robore antea, & utroq; ex montis latere domicilia habentes, ab Augusto tandem Cæsare summo cum labore debellati sunt, cum latè atrocinijs inualescerent: ipsorum autem oppida, Metullum, Aurubonnum, Monetium, Vendū. Et rursus libro septimo, cum Pannoniam delineasset: lapides enim (ait) in Albio monte siti sunt, qui alpibus posterior est, excelsus admodum: hinc quidem ad Pannonios Istrumq; pertinentes, hinc autem ad Hadriaticum mare: pugnares quidem, cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad unum omnes. eorū oppida, Metullum, Aurubonnum, Monetium, Vendum. hæc Strabo. Quæ omnia luculento testimonio, quæ de Vindobonna diximus, corroborant: hoc uidelicet nomine Viennam nostram nuncupatam fuisse, qua in urbe Marcū Aurelium Cæsarem rebus humanis fuisse exemptum, post illam insignem à Quadis & Marcomanis relatam uictoriam, Aurelius Victor, probatus historiæ author, adseuerat.

CAP. IIII. VINDOBONNAM A
cohortis Fabianæ Statiuis nomen mutasse, ut postea Fabiana
diceretur, & à Germanis per syncopen syllaba de-
truncata, Biana, & Bienna.



VOD in cæteris cōtigit municipijs, quib. legionū aut cohortiū, alarūq; statiuā nomina mutarūt, id et Vindobonna usuuenit. Habebāt Romani per municipia ripēsia ad Danubij limitē cohortes, ita in utraq; Pannonia Noricōq; distributas, ut in Anamatia Tentonū, in Herculeia Sicambrorū, in Salua Carporū cohortes alerent, quæ ad legionem primam adiutricem pertinebant, præsidio Pannoniæ inferiori impositæ. Ita in Pannonia superiori, in Flexo Pisonianā cohortē, in Sabaria Claudiā, & in Vindobonna Fabianam cōposuerant, perinde ut per Rhætias in Boioduro Batauorū, & in Regio Rhætorum cohortes. Qua re fiebat, ut hæc uetera paulatim nomina distinctio ac castrametatio mutarit, in Teutoburgium, Sicambriā, Carpum, Pisonium, Claudium, Fabianam, Batauiam, & Rhætobonnam. Quas nostra ætas uoces corruptè, ut cætera

ra
fioni Ptolemæi ac Antonini correspondens. Porro Flexi distantia ex diametro Bresspurgo nostro cōuenit, quod hodie adhuc Pofonium, & in scriijs urbis Pisonium uocāt, à Pifone uidelicet, eiusq; cohorte uel legione, cuius opera Tiberius Pannonēs subegit. Cæterorū ueteres uoces utræq; extant. Quam namq; urbem nos Passau uocamus, latinè Batauiam, à Batauis: & Boio tra partem loci, à Boioduro sic Regenspurg à Regijs castris Germani, idemq; oppidum latini Ratisponam corruptè, tanquam Rhætobonnam dicimus.

ra omnia, pronunciat, Erdeut, Schambri, siue ueterē Budam, Carpen, Pofonium, Staynamanger, Biennam, Batainam, & Ratisbonnam. Et ut in Fabiana maneamus, quæ in Vindobonna statiuahabuit cohors, à Tito (ut ego opinor) Fabiano hoc nomen sortita, cuius in hæc uerba Tacitus meminit: Mœsici (inquit) exercitus ac Pannonici, Dalmaticum militem traxere, quanquam consularibus legatis nihil turbantibus. Titus Fabianus Pannoniã, Pompeius Syllanus Dalmatiam tenebant. Et rursus in fine uigesimali primi, cum ciuilem Belgarum præsidem orantem introduceret: Erga Vespasianum uetus mihi obseruantia (inquit) & cum priuatus esset, amici uocabamur. Hoc primò Antonio notum, cuius epistolis ad bellum accitus sum, ne Germanicæ legiones, & Gallica iuuētus alpes transcenderent. Quæ Antonius absens, Flaccus præsens mouebat, arma in Germania moui: quæ Mutianus in Syria, Aponius in Mœsia, Fabianus in Pannonia. Atque hanc primam fuisse causam existimo, quamobrem Vindobonnæ ueteri nomine abolito, Fabiana ea urbs dici cœpta est, quam maiores nostri truncato (ut solent) uocabulo Bianam dixere, quam modo Biennam appellamus. Cui Lucius Annius Fabianus decimæ legionis Germ. legatus, suum coniungens, rem apud posteros confirmauit. Cuius nomen hæc inscriptio præfert, quæ habet

Locus de Tito Fabiano ex Tacito lib. 18.

HÆC INSCRIPTIO HAVD

procul à Strigonio.

L. ANNIO FABIANO TRIVMVIRO CAPITALIUM TRIBVNO LEG. II. AVG. LEGATO LEG. X. FRETENSIS LEGATO AVGVSTALI PRIMO PRAEFECTO PROVINCIAE DARCOLOMAR. VLPIANAR. TRAIANARVM SARMATICAR. QVESTORI TVRBANCIVM TRIB. PL. PRAETORI CVRATORI VIAE LATINE. D. M. CIVIS SABINIVS MIL. LEG. XIII. GLIBRES A RATIONIBVS VIXIT ANNOS XXXCIVI VALENS DVVMVIR COLET COMINIA FLORENTINA PARENTES INEFFICACISS. PEVRIO SATVRNINO LEGATO AVGVSTALI PRAEPOSITOQ. CONSVLARI COLONIAE DACICAE SARMATICAE. L. D. D. D.

Monumentū, in quo Annij Fabiani leg. XIII. legati.

Reperitur & Annij Fabiani inscriptio apud Transyluanos XIII. legionis Geminae legati, quam (ut postea ostendemus) ex agro Viennensi in Daciam Neruam Traianum traduxisse, aduersus Decebalum, & cum hunc in acie uicisset, nouæ prouinciæ præsidio imposuisse, constat. Vt rursus quamobrem Vindobonnæ Fabianæ nomen accesserit, appareat. Siquidem intra Viennam nostram Austriae (quam Vindobonnā denominatā fuisse, supra docuimus) innumera XIII. legionis geminae exempla monumenta quæ quod die eruuntur, quorum farinae superiori anno in quatuor ædibus ciuium, haud ita procul à nostris, lateres densissimi & maximi, nume-

ro suprâ CCC. eruti sunt, cum inscriptione XIII. legionis Geminae. Habet aut de Annio Fabiano monumēta, XIII. legionis legato sic:

Monumenta
Anni Fabiani
in Transylva-
nia.

VICTORIAE

ANTONINI

AVG.

L. ANNIUS FAB.

HONORATVS

LEG. AVG. LEG. XIII G.

ANTONINIANAE

PRAEFECTV AERARII

MILITARIS SODALIS

HADRIANALIS CVM

GAVIDIA TORQVATA

SVA ET ANNIIS ITALICO

ET HONORATO ET ITALI

CA FILIIS

I. O. M.

IVNONI REGINAE

MINERVAE

L. ANNIUS FABIANVS

HONORATVS LEG. AVG.

LEG. XIII. GEM. ANTONINIANAE

PRAEF. AERARII MILITARIS

SODALIS HADRIANALIS

CVM GAVIDIA TORQVATA SVA

ET ANNIIS ITALICO ET

HONORATO ET ITALICA

FILIIS

Cohortis Fa-
bianae statua
Viennae.

Porro ut nostrâ de cohortis Fabianae statuis in Vindobonnam coniecturam fufius corroboremus (undecunq; tandem ea denominata fit, à Tito' ne Fabiano, cuius Tacitus meminit in Pannonia: uel Lucio Annio Fabiano XIII. leg. Geminae legato, quam in Pannonia superiori, & potissimum in loco Viennae nostrae fuisse positam, postea ostēdemus) libuit rhapsodiâ eius subijcere monumenti, quod anno superiori Viennae dumaggerē facerent, in hanc sententiam effossum est: ubi & Vindobonnae uetustioris nominis, & Fabianae cohortis mentio fit. quod monumentum in nostris aedibus ad seruatur, memoriae ergo.

Monumētum
Viennae reper-
tum, in quo et
Vindobonnae
et cohortis Fa-
bianae mentio.

DEOR. PROSP.

ERITATIG. MAR.

C. C. MARCIAN.

VS DEC. MVNI.

VINDO. VATES

AEDIL. II VIR ET

PRAEF. COH.

FABI. V. S. L. L. M.

Locus de Fa-
biana ex Otto
ne Frisingēsi.

A cohorte igitur Fabiana, Vindobonnae nomē uetus mutatum & abolitum est: idq; ita esse, Viennamq; nostram ante memoriam nostram Fabianam, & corrupte Fauianam cognominatam fuisse, docet Otto Frisingensis, Austriacae propaginis princeps doctissimus, nec contemnendus historiae author, libro de Friderici primi rebus praclare gestis primo, capite 32. Nam cū fratris Henrici Austriae primi ducis, cum Geisa Hungariae rege, inter riuos Lytaha & Viscaha (ita enim nominant) inauspicato praelium gestum describeret: Dux tum demum (ait) terga hosti dare compellitur, ac tam pugnacis dextre quam pulueris acere obducētis beneficio, periculis belli

belli exemptus, in uicinum oppidum Vienis, quod olim à Romanis inhabitatum Fauianis dicebatur, declinauit. Hungari usque ad prædictum fluuium tantum Viscaha, hostes persequentes, ad propria redierunt. hæc ille. Ac si non Vienis nomen apposuisset, uel ex ipsa distantia liquidò apparuisset, hunc de Vienna locum accipiendum esse. Nam inter Lytaham & Viscaham fluuios, Hungaros esse castrametatos, hic scribit, quibus ad Viscahã Austriacus cum suis copijs opposuerat. Istinc numero, non uirtute uictū ducem, & castris exutum, ad proximum oppidum Vienis, hoc est Fabianam, seu Fauianam, uictoris iram declinasse. Sanè extat uterq; hoc nomine fluuius, in eo quod à Vienna Hungariã uersus instituit itinere. Ac Viscaha, quem hodie corruptè Vischam dicimus, à Vienna quatuor miliariorum distantia abest; nec aliud in ea distantia aut ripense, aut in mediterraneis oppidum, sed nec uestigia extant, unica Vienna nostra excepta: quam à Romanis olim inhabitatam Fauianam fuisse dictam, Otto Frising. Austriae princeps, utpote diui Lupoldi filius, testatur. Cui & Henricus frater, qui primus ducem titulum meruit, cuiusq; Otto (ut supra ostensum) prælium cum Hungaris descripsit, subscribit in exordijs monasterij Scotensis, quod ante moenia supradicti oppidi Vienis diuæ Virgini posuerat, subsidio Scotis, qui per Pannoniam tum frequentes ad terram sanctã peregrinabantur. Verba foundationis sic habent: Ego Henricus Dei gratia Dux Austriae, uniuersis Christi fidelib. tam presentib. quàm posteris, præsens scriptū inspecturis, salutē, & de pollicitis obseruantiam in omnibus sinceram. Ad uiam salutis tendit, qui ea quæ ad glorificandum Dei filium pertinent, utpote facilitas exposcit, promouet; adducens, quòd ab eo semper, cui plus committit, plus exigitur. Quare etiam expedit, ut quilibet in temporalium sufficientia, in laudem Dei & sanctorum, egentibus subsidia præbeat, ut eorum orationibus suffultus, & sanctorum suffragijs confusus, suorum remissionem ualeat percipere delictorum. Inde etiam quòd manifestum fieri uolumus uniuersis, quòd nos multiformi gratia spe semotis, inter alias nostri patrociniatus ecclesias, Abbatiam in honorem Dei, & laudem suæ genitricis gloriosissimæ uirginis Mariæ, deniq; in cōmemorationem beati Gregorij, in prædio nostro fundauimus, in territorio scilicet Fauia, uel Fauianæ, quæ à modernis Vuienna nuncupatur. Hæc ex literis foundationis, quæ Anno salutis 1158 scriptæ sunt. Atqui cum eadem Abbatia, hodie intra Viennam extet, iam dubium nullum est, Viennam nostram Fauiam quondam, siue Fauianam appellatam nominibus fuisse, B littera à barbaris in uersa. Quod in diui præterea Seuerini historia animaduertimus, in cuius uetustiori exemplari manu in pergameno ante ducentos ferè annos scripto, Fabianam legimus: in recentiori uerò, atq; papyro, ante octuaginta ni fallor annos descripto.

Viscaha et Lytaham Austriae fluuij, hodie in Hungariæ uicinia, Visscha & Leyta.

Fundatio Scotensis cœnobij Viennæ, aperte Fauianæ nomē continet.

Scotense cœnobium iam intra Viennã.

Diui Seuerini historia.

Diuus Seuerinus Austriæ apostolus. pto, Fauianam deprehendimus. Fuit aut diuus Seuerinus Rauennatensium episcopus, qui ut uerbum diuinum Herulis in Pannonia & Norico adnunciaret, longum & periculosum tum ex Italia iter suscepit, quo tempore Athila mortuo, in his prouincijs ab Hunnis, Gothis, Gepidis & Herulis res turbabantur ambiguae. Et ne quis dubitet Seuerinū in Austriā uenisse, & ut habet eius uita, in Fauianis, seu Fabianis, loco ad Danubij ripā, in ipsis Norici & Pannoniæ collimitijs & monasteriū & episcopale fuisse exorsum sedē, quodā Mamertino Romanæ cohortis tribuno in episcopū consecrato, ostendūt euidenter ista Pauli Varnefridi cognomēto Diaconi uerba, quæ habentur libro historiæ Longobardicæ primo, cap. 19. His temporibus inter Odoacar, qui in Italia per aliquot iam annos regnabat, & Felethæum, qui & Fethia dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit, qui Felethæus illis diebus ulteriorem Danubij ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Danubius separat. In his Noricorum finibus beati tunc erat Seuerini cœnobium, qui omni abstinentiæ sanctitate præditus, multis iam erat uirtutibus clarus: &c. hæc ille. Quos mehercule Noricorum fines de loco Vienne nostræ esse accipiendos, luculento testimonio comprobatur diui Seuerini à nobis anno superiori reperta historia, quæ sub Comageno monte, haud procul à Comagenis municipio, Fabianam ad Danubij ripam positam fuisse describit, ad cuius mœnia monasterium is Dei uir cōdiderat, ad quod à confluentibus Danubij & Oeni è Batauis, Danubij nauigationib. centum & plurium millium passuum descenderit, cum Lucillum Batauia, Constantiū Laureaco, & Siluinum Quintianis, episcopos consecrasset. Quæ distantiae ratio ad unguem uidetur conuenire itineri huic, quod ex Patauia episcopali Viennam Danubij nauigatione instituitur. Sanè supersunt in hanc ætatem in Patauia diuo Seuerino ædes sacrae, appellanturque locum diui Seuerini in Boiotro: cuius rei eadem diui Seuerini historia meminit. Sed libet ex historia ista, loca ordine subnectere, quod nō solum ad nostram de Vienna coniecturam, multum momenti habere uideantur: sed quæ Christiana tum fuerit in Norico & Pannonijs religio (hoc est anno Verbi incarnati 476. Zenone Isauero imperante, & Gelasio Petri successiōnem Romæ tenente) luculenter & ad plenum, quod aiunt, demonstrant. Tempore (inquit) quo Athila rex Hunnorum defunctus est, in utraq; Pannonia, cæteroque confinio Danubij, res turbabantur ambiguae: ac primū inter filios eius de obtinendo regno, magna exorta sunt certamina: &c. Et subdit post multa uerba: Eodē tempore ciuitatē nomine Fabianis sæua fames oppresserat, cuius habitatores unicum sibi remedium affore crediderunt, si à suprascripto oppido Comagenis, hominem Dei religiosi precibus inuitarent. Quos ille ad se uenturos prænoscens, à Domino, ut cum eis perge-

Diuus Seuerinus Austriæ apostolus.

Diuus Seuerinus in Fabianis sedem episcopalem & monasterium posuit.

Locus Pauli Diaconi de diuo Seuerino, qui extat pariter apud Ottonem Frising. Chron. lib. 4. cap. 30.

Fabiana sub Comageno monte quem posteriores Cetiū, & à Galatis Celtis Gallenbergū dixerunt.

Iter è Patauia Fabianam centum & plurium mill. passuum.

Locus in Patauia parte ultra Oeni, S. Seuerini in Boiotro, à Boioduri uetere uoce.

Locus de Fabiana, ex diui Seuerini historia.

perge-

pergeret, admonetur. hæc ille. Et subiiciens rursus (ut ad Danubium Viennam positam fuisse intelligamus) cum feminam quandam Fauianæ incolam, Proculam nomine, ad frumentum uiritim diuidendum in plebe cohortatur Seuerinus: Cur, inquit, nobilissimis orta natalibus, cupiditati te præbes ancillam, & auariciæ mancipium, quæ est (docente Apostolo) idolorum seruitus? Ecce Dominus famulos suos misericordia consolatur: tu quid de male partis feras, non habebis, nisi fortè frumenta denegata, in Danubij fluenta proiciens, humanitatem piscibus exhibeas, quam hominibus denegasti. Quamobrem subueni tibi potius quàm pauperibus, ex his quæ adhuc existimas Christo esuriante seruare. Quibus auditis, magno mulier pauore perterrita, cœpit seruata libenter erogare pauperibus. Igitur nō multo post, rates plurimæ de partibus Rætiarum, mercibus onustæ quàm plurimis, insperatò uidentur in litore Danubij, quæ multis diebus crassa Oeni fluminis glacie fuerant colligatæ: quæ Dei imperio mox solutæ, ciborum copias fame laborantibus detulerunt. hæc ille. Et iterum, cum eius nauigationem describeret è Patauia & Oeni confluentibus: Ad antiquum itaque, & omnibus maius monasterium suum, iuxta muros oppidi Fabianis, quod centum & ultra millibus aberat, Danubij nauigationib. descendit. Et iterum clarius docens, ad Danubij ripam in uicinia Norici & Pannoniæ situm hoc fuisse municipium, quod Fabianis appellat: Felethæus (ait) Rugorum rex, qui et Fethia, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbarorum euaserant gladios, Laureacum per Dei famulum se contulisse, adsumpto ueniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere, & in oppidis sibi tributarijs atq; uicinis, è quibus unum acceperat Fauianis (uel, ut aliud uetustius habet exemplar, Fabianis) quæ à Rugis tantummodo dirimebatur Danubio, collocare. His adde & alterum locum ex eiusdem diui historia, qui planè ripensem Danubij fuisse ciuitatem, inq; Pannoniæ & Norici ripensis confinibus (ubi hodie Viennam nostram esse apparet) sitam ostendit. Præterea cum Fridericus (ait) à fratre suo Rugorum rege Fethia, ex paucis quæ supra ripam Danubij remanserant, oppidis unum acceperat Fauianis, iuxta quod S. Seuerinus (ut retulit) commanebat. hæc ille. Porro in uetustiori exemplari manu (ut apparet) in pergameno scripto, ante ducentos ferè annos, additum ad marginem est, antiquis item literis, Vuienna tempore sancti Seuerini uocabatur Fabiana. Quæ etsi omnia satis demonstrant, Fabianã, seu Fabiana castra, eam quæ hodie in Austria Vienna dicitur, denominatam maioribus nostris urbem fuisse (unde truncato uocabulo Biana, & temporis successu Vuienna emerferit) placet tamen rhythmos quosdam gentilitios ex uetustissimis à nobis repertis annalib. subiungere, qui sic habent:

Nie emphor was Osterreich/
Ze ware vnnnd sicherlich/

Loca de Fabiana, siue Fauiana, ex historia diui Seuerini.

Quanto interuallo aberat Fabiana à Patauia.

Fabianam Viennam esse, in antiquo codice reperiri.

Vuiennæ etymon.

18
 Nicht wann ain haydenschaftt/
 Vnd het an Christen nicht die Ehrafft.
 Vnd was es ze ware
 Klain vnd enge gare.
 Tuln was des landes haubstat/
 Als man mich es dichten pat.
 Darnach iber manche iar
 Ward ain stat zewar/
 Erbawen/die hies Saniiana/
 Sy ward so schon umbmauret ia/
 Vnd ward Vienna genant/
 Als sy noch heut ist bekhant.
 Darynnet ain wasser nachent bey/
 Zwar das ist nicht names frey.
 Das wird Thunawe genandt/
 Als es noch heut ist bekhant.
 Enthalte mere vnd bey dem Rhein/
 Erthennet man des wasser namen scheltin.
 Anderhalb bey der Stat
 Rynnet ain thlaines wasser drat/
 Das ist Wiene genandt/
 Als es noch heut ist bekhant.
 Der Herre darynnen was
 Wan ich seines namen nicht las/
 Thunich nun wol bedeuten
 Allen guten leuten.
 So sagt ich gern an der vriffte
 Wie Wiene her gestiffet ist/
 Vnd auch Osterreich das landt
 Das ist mir wan ain tail bekhant.
 Davon mues ich ain wenig sagen/
 Mein zung willes nicht verdagen.
 Wiene was ain haydenschaftt/
 Vnd het an leuten nicht die Ehrafft/
 Wan da nicht nuor ain hofflach/
 Er was ain hayden der sein pflagch.
 Der hoff ward der Perhoff genandt/
 Er ist noch manichen woll bekhant.
 Wan sich der nam vorkheret hat/
 Zu Wiene in der gueten stat.
 Vnd hies er Saniiana/
 Vnd lach auch nit mer hewser da/
 Wan der hoff besunder
 Da gie manich thinder
 In ainem werde der lach darpey/
 Schwie der selbe werd nun bloß sey.
 Da stunden doch pawme on zall
 In dem werde yberall/
 Daryn das wilde het gut gemach
 Vll maniger man da laufft sach/
 Der hie der hayden genuech
 Vll manches ernider schlich/
 Des mocht er doch gern sein

Er stiffe ain wenigs stetelein/
 Das hies er Savianna
 Seit ward es schon vmbmavret da/
 Vnd ward Vienna genandt
 Die ward so weyten erkhandt.

CAP. V. IN LOCO VIENNAE RO-
 manos Danubij limitem restituisse, aduersus oppositas
 Germanorum gentes.

ROMANOS multo ante Augusti & Tiberij Cæsarum ætatem, Alpinas ac Noricas gentes bello fuisse aggressos, satis uidetur Plinius libro 3. cap. 20. demonstrasse, ubi à Paulo Aemilio aliquot alpinas gentes debellatas nominatim recenset. Quod de Quinto Fulvio consule Liuius libro decimo quartæ decadis idem testatur, & de Cneo Carbone Papi-
 rio, præterea Cœpione, Sillano, & Terentio Varrone Strabo, itēq; de M. Valerio Messala Suidas in dictione *Ἐυροῦνιον* comprobare uidentur. Quin primum omnium Curium proconsulem, ad Istrum peruenisse, Plutarchus in Ottone adseuerat. De quo in hanc diem Sueuiæ annales multa fabulant. Habet denique inscriptio Caietæ in Italia reperta, L. Munacium Plancum Ciceronis discipulū, illum uidelicet oratorem & uirum consularem, deuictis Rhætis ac alpinis gentibus, Rauracum ad Rhenum & Lugdunum in Gallijs colonias deduxisse. Hos igitur primum aditum ad eas quæsiuisse gentes, credendum est, feritate truces, & aditu difficillimas (ut Ruffus ait) quorum uires fregisse magis Caium Cæsarem, eius que priuignum Octauium Augustum, quàm debellasse cōstat. Eam ob rem (inquit Appianus Alexandrinus in libro quē Illyricū inscripsit, sub Augusto nimirum) triumphus Illyrius à senatu Cæsari decretus est, quem post deuictum tandem egit Antonium. Residui deinde Illyriorum habebantur ante Pœonas à Romanis Rhætij, post Pœonas Norici, Misijq; qui ad Euxinū pontum usque incolunt. Rhætos igitur ac Noricos Caium Cæsarem, cum aduersus Celtas depugnaret, subegisse: aut Augustū, cum Pœonas aggredere, superasse existimo. In medio quippe amborū sedes habebāt: nec ullū in Rhætos aut Noricos bellum gestum priuatim reperi. Ab his igitur Norici utriusq; incolæ, & qui collimitia potissimū Norici Pannoniæq; (ubi hodie Vienna sita est) incolebant, atque hac occasione accisi, facilius postea à Cl. Druso, & fratre eius Tiberio Nerone subiugari, et in prouinciæ formā redigi potuerunt. Qua de re Suetonius in Augusto sic scribit: Sed dum in hac parte imperij omnia geruntur prosperrimè (loquitur aut de Pannonia) accepta in Germania clades sub legato M. Lolio, homine in omnia perniciè quàm rectè facienti cupidiori, & inter summam uitiorum dissimulationem uitiosissimo: amissaq; legionis quintæ aquila, uocauit ab Vrbe in Gallias

Romanorum
 prima bella ad
 uersus gentes
 Pannoniæ &
 Norici.

Locus ex Ap-
 piano de bello
 Romanorū ad
 uersus Panno-
 nes & Nori-
 cos.

Incolæ Vien-
 nensis loci quan-
 do & à quibus
 subiugati.

Locus Sueto-
 nij de bello Ro-
 manorum in
 Pannonis &
 Noricos.

Cæsarem. Cura deinde atq; onus Germanici belli Druso Claudio, fratri Neronis, adolescenti tot tantarumq; uirtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, uel industria percipit, cuius industria utrum bellicis magis operibus, an ciuilib. suffecerit actibus, in incerto est. morum certè dulcedo & suauitas, & aduersus amicos æqua & par sui æstimatio inimitabilis fuisse dicitur. nam pulchritudo corporis proxima paternæ fuit. Sed illum magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo eius gentis uarijs in locis profuso sanguine, factorum iniquitas, consulem annum agentem tricesimum rapuit. moles deinde eius belli translata in Neronem est, quod is sua uirtute et fortuna administrauit: peragrataq; uictori omnes partes Germaniæ, sine ullo detrimento commissi exercitus (quod præcipuè huic duci curæ semper fuit) sic perdomuit, ut in formã penè stipendiariæ redigeret. Hæc Tranquillus. Cui Strabo subscribit, de Druso & Tiberio loquens: Post ipsos autem propiores sinui Adriatico ad Aquileiã nonnulli Norici Carniq; tenent. In Noricis & Tauriscis sunt. Horum omnium impudentissimas incursiones repressit Tiberius, & frater eius Drusus, æstate una. Vnde annus agitur tertius & tricesimus, ex quo quieti ordinatim tributa pendunt. hæc ille. Ad quæ Velleius Paterculus addit Reuersum inde Neronem (inquit) Cæsar haud mediocris belli molē experiri statuit, adiutore dato fratre ipsius Claudio Druso, quem intra Cæsaris parietes enixa erat Liuia. Quippe uterque diuisis partibus, Rhætos, Noricos, Vindelicosq; aggressi, multis urbium castellorumq; oppugnationibus, nec non directâ quoq; acie fortiter functi, gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, maiori cum periculo quàm damno Romani exercitus, plurimo cum eorum sanguine perdomuit. Et iterum: At Tiberius Cæsar, quàm certam Hispanis parendi confessionem extorserat, partem Illyrijs Dalmatisq; Rhætiã aut & Vindelicos & Noricos, Pannoniamq; & Scordiscos, nouas imperio nostro subiunxit prouincias. hæc Velleius. Nec aliud ex Liuiio Florus collegit: Noricis animos dabant (inquit) alpes atque niues, quò bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos, Brennos, Sennones, atque Vindelicos, per priuignum suum Claudium Drusum pacauit Augustus. Quæ fuerit callidarum gentium feritas, uel mulieres ostendèret quæ deficientib. telis, infantes ipsos afflictos humo, in ora militum aduersâ miserunt. hæc ille. Atq; ab eo tempore primū omnium Romani, ut multo sudore subiectas prouincias aduersus Germanicas oppositas nationes, Sueuos, Marcomanos, Quados, & Hermunduros tuerentur, post Rheni limitem occiduum cœpere, & in oriente Danubij constituere limitem. quorum Panegyrici non semel meminere, & exclamans in gratiarum actione ad Gratianum Augustum Decius Ausonius poeta, qui Illyrico præfuit: Aguntur enim

Locus ex Strabone.

Taurisci in Noricis.

Locus ex Velleio Paterculo de bello Ro. in accolis Danubij.

Locus ex Tito Liuiio, & Floro.

Loca authorū de limite Danubij à Romanis constituto.

enim gratiæ non propter maiestatis ambitum, nec sine argumentis Imperatori fortissimo, testis est uno pacatus anno & Danubij limes, & Rheni. Addit Suidas græcè, *λιμιτανῶν οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἀνω χρόνοις πανταχόσε τῶν τῆς πολιτείας ἰσχυρίων πάντως πολὺ κατεστῆσαντο στρατιωτῶν πλῆθος, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν ἑῶν μάλιστα μοῖραν. Ταύτη τὰς ἐφόδους τῶν περὶ ὧν καὶ σαρακηνῶν ἀναστῆλόντες.* hæc ille. Quib. uerbis ad orientalem limitem Danubij adludere uidetur, unde limitaneæ legiones, limitanei milites & duces cognominati sunt. Quemadmodum Fla. Vopiscus in Probo: Accepit (inquit) sedecim milia tyronum, quos limitaneis interfererent. Et Aelius Lampridius in Alexandro: Sola (ait) quæ capta sunt de hostibus, limitaneis militibus donauit. Sic Sextus Ruffus: Maximus (ait) ut reparato de limitaneis exercitu, &c. Ad quam rem & ista uidentur pertinere, quæ in diui Seuerini scripta historia: Per idē tempus quo Romanum cōstabat imperium (loquitur autē de Leonis primi, & Valentiniani tertij ætate) multorum milites oppidorum pro custodia limitis, stipendijs subleuabantur. Qua consuetudine desinente, simul militares turmae sunt deletæ cum limite Patauino & Fabiano. hæc ille. Itaque duos limitaneos duces Romani ad Danubij limitem, & legiones mox à Tiberij ætate septem limitaneas aiebant, Ducem uidelicet limitaneum Pannoniæ superioris, Ducem limitaneum Valeria, legionem tertiam felicem, & Augustam Italicam uel in Rhætia & Norico, cum sibi adiunctis aliis equitum, Auriana, Tami, Auanticorū, & Ceciensis, legionem XIII. & XIII. Geminas, Germanicasq; ambas dictas, per Pannoniam superiorē: cum suis equitum aliis, Scriboniana, Flauiana, Pannonica, &c. Legiones porro septimam & octauam, à Galba & Claudio Augustis de nouo scriptas & denominatas, & postea à Vespasiano abductas. His ultimæ succedebant legiones, prima & secunda adiutrices siue auxiliariæ à Traiano Cæsare à Pannonia Sauia, ad ripam inferioris transpositæ, ubi hodie Hungariæ situm regnum cernitur. Ex his decimam tertiam è loco nostræ Viennæ (ubi innumera eius monumenta quottidie eruuntur) abductam, Traianus quoque uicto Decebalo Getharum rege, præsidio Daciæ nouæ prouinciæ imposuit. Cui in locum M. Aurelius Antoninus postea, à Rheni limite traductam Decimam Germanicam legionem, Alaudam Cai Cæsaris illam, siue Alaudarum & ueteranorum exercitum, substituit: & post illam insignē de Quadis & Marcomanis relatam uictoriam, pro Danubij limite compositam uoluit. De quibus ordine à nobis proximo capite dicetur. Quod antequam fiat, Cornelij Taciti, grauissimi authoris, de legionibus Pannonicis limitaneisq; locos præmitteremus, quorum primus est libro 18. cum Ottonis & Vitellij de imperio certamen describeret: Læta interim Ottoni principia belli, motis

Locus de limite Danubij ex historia diui Seuerini.

Duo duces limitanei in Pannonia superiori.

Legiones limitaneæ ad Danubiū per Noricum & Pannonias.

Legio decima tertia è Pannonijs abducta.

Decima legio Alauda quando in Pannoniam, et unde, aut quò traducta sit.

Loca Cornelij Taciti de legionibus limitaneis Pannoniæ.

ad imperium eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitibus, fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa, ipse modicis interual-
lis comitabatur, Septima à Galba conscripta, ueteranæ X. & XI. &
XIII. & præcipua fama Quartadecumana, rebellione Britannia
comperta, addiderat gloriam Nero, eligendo ut potissimos: unde
longa illis erga Neronem fides, & erecta in Ottonem studia. Sed
quo plus uiriū & roboris, è fiducia tarditas inerat, eo alæ legionum
cohortesq; præueniebant: & ex ipsa urbe haud spernenda manus,
quinque prætoriae cohortes, & equitū uexilla, cum legione prima.

Legio prima
ista erat, que
postea adiu-
trix et auxilia-
ria, itemq; à
Traiano Tra-
iana est deno-
minata, Panno-
niæ inferiori
præsidio ad-
uersus Sarmat-
as imposta.

Alæ & cohortes
Pannoni-
cæ erāt Sicam-
brorū, Batauo-
rū, Carporū,
Comagenorū,
Teutonū, Scri-
boniana, Con-
traburgensis,
& Flauiana.

Rheni limes
prior à Rom.
constitutus.

Quibus legio-
nibus Rheni li-
mes firmatus
fuerit. memi-
nit & Nonæ
Alaudæ.
Legio Alauda
in Gallia.

Legionis Alau-
dæ etiam Cice-
ro meminit.

Locus Cæsaris
de legione De-
cima Alauda.

Et rursus alio loco: Proditum id Ottonianis ducibus, & curam pe-
ditum Paulinus, equitū Celsus sumpsere. Tertiædecimæ legionis
uexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in
sinistro locantur. Aggerem uia tres prætoriae cohortes, arctis ordi-
nibus obtinuerunt, dextra fronte prima legio incessit cum duabus ue-
xillaribus cohortibus, & quingentis equitibus. hæc ille. Memi-
nit porro idem Tacitus alarum & cohortiū Pannonicarum libro
XIX. his uerbis: Mota & Dacorum gens, nunquam fida, tunc sine
metu, abducto è Mœsia exercitu. Sed prima rerum quiete specula-
bantur, ubi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hostilia acceperunt,
expugnatis cohortium alarumq; hybernis, utraque Danubij ripa
potiebantur. Hæc ille.

CAP. VI. DE DVARVM NOBILIS-
simarum legionum in loco Viennæ statuis, Decimætertiae
Geminæ, & Decimæ Alaudæ, Germanicæ ue.



QVOD superiori capite ostēdimus, prior Rheni limes con-
stitutus est, & legionibus potissimum Decimætertiae Ge-
minæ & Decimæ Alaudæ præsidio firmatus, quo primū
tempore à Caio Iulio Cæsare in Galliam bellum transla-
tū erat. Nam & Geminam ex duabus legionem conflasse, ipse de se
summus authorū diuus Iulius testatur, cui L. Roscium legatū præ-
fecerat. Alaudam uerò legionem ueteranorum (qui galeritiæ auis
capitibus similes galeas, & in insignibus auiculas istas ferebant) Cæ-
sarem dictatorem conscripsisse, Tranquillus in eius uitæ enarratio-
ne affirmat: quod à Plinio postea est libro undecimo, capite trigesi-
mo septimo repetitum, cuius (quod equidem sciam) frequens fit a-
pud Ciceronem in Epistolis ad Atticum, & in Orationibus mētio:
& quam Cæsar ipse author in hæc uerba commendat, in Commen-
tariis suorum belli Gallici primo, cum expeditionem suam de-
scriberet aduersus Ariouistum Sueuorum regem susceptam. Itaq;
se, quod in longiorē diem collaturus esset, repræsentaturū, & pro-
xima nocte de quarta uigilia castra moturum, ut quamprimum in-
telligere posset, utrum apud eos pudor atq; officium, an timor plus
ualeret. Quod si præterea nemo sequatur, tamē se cum sola decima
legione

legione iturum: de qua nō dubitaret, sibiq; eam Prætoriam cohortem futurā. Huic legioni Cæsar & indulserat præcipuè, & propter uirtutem confidebat maximè. hæc ille. Proinde & Antoninus in itinerario suo, ad Rheni ripā, cum Vetera castra, Traianaq; & Gel dubā in Vbijs & Menapijs enumerasset, adijcit Decimā legionem Alaudā. Credendum autem est (si inscriptionibus fides est danda) à Tiberio Nerone decimam tertiam Geminam è Gallijs primū omnium eductam, & in Pannoniam superiorem, deuictis Batone & Pynnete Pannoniorum regibus, fuisse locatam. Id nanq; literæ in lateribus antiquissimis apud nos Viennæ repertis, præferre uidentur, LEG. XIII GEM. NERON. TIBER. Fuisse porro huius legionis XIII. in Pannonia statua Galbæ, Vitellij, Ottonis, & Vespasiani ætate, imperioq; , docent ista Cornelij Taciti libro XVIII. uerba: Ita tres Mœsicae legiones per epistolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti uim parabant. In eo motu Aponius Saturninus Mœsiae rector, pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tertium Iulianū septimæ legionis legatum, ob similitates, quibus causam partium prætendebat. Iulianus comperto discrimine, & gnaris locorum adscitis, per auia Mœsiae ultra montem Hemum profugit, nec deinde Ciuili bello interfuit, per uarias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens, & ex nuncijs cunctabundus & properans. At in Pannonia decimatertia legio et septima Galbiana, dolorem iramq; Bebriacensis pugne retinentes, haud cunctanter Vespasiano accessere. Et iterum postea: Læta interim Ottoni principia belli, motis ad imperium eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitibus, fuere quatuor legiones, è quibus bina milia præmissa, ipse modicis interuallis sequebatur: Veteranæ, undecima & tertia decima, & præcipuè famæ quartadecumana, &c. hæc ille. Et clarius postea ab initio libri XIX. Meliore fato fidēq; partium Flauianarum duces consilia belli tractabant, Poetouionem in hyberna decimatertiæ legionis conuenerant. Illic agitauere, placeret ne obstrui Pannoniæ alpes, donec à tergo uires uniuersæ conurgerent: an ire comminus, & certare pro Italia constantius foret. Quibus operiri auxilia, & trahere bellum uidebatur, Germanicarum legionum uim famamq; extollebant. hæc ille. Testantur hoc quoque monumenta apud nos Viennæ huius legionis reperta, huius fuisse in Poetouione hyberna, quæ has nominatim literas continent. LEG. XIII. GEM. POETO. Fuerunt & alia huic legioni partim ab Augustis, partim à legatis præsidibusq; indita nomina, itēq; à municipijs, per quæ distributa erat, & ab euentu, militiaq;. Qua dere in monumentis passim istam legionem nominari obseruauimus Claudiā, Galbianam, Antoninianā, Scribonianā, Attilianam, Mutianam, Aquilianam, Fabianam, Iuliam, Iuniam, Poetouiensem, Olimacensem, Carnuntensem: & quod contra Germanos isthic ad

A quo decima
tertia legio è
Gallijs in Pan-
noniam sit tra-
ducta.

Loca Cornelij
Taciti de legio-
ne decimater-
tia Gemina.

In Poetouione
ad Drauum e-
rant hyberna
legionis XIII.
Geminae.

Decimatertia
legionis Gemi-
nae cognomi-
na.

Danu

*Locus Taciti
de legione
XIII.*

*Furius Camil-
lus Scribonia-
nus, à quo itē
legio XIII.
Camilla est co-
gnominata.*

*Ala Scribonia-
na in Panno-
niā.*

*Vnde cætera
cognomina
XIII. legio-
nis.*

*À Traiano le-
gio decimater-
tia Gemina tra-
ducta in Da-
ciam id est ex
Austria in
Trāsyluaniā.*

Danubij limitē mereret, & esset potior Germanici exercitus pars, Germanicam non minus quàm decimam nuncupatam. Hinc locus Taciti, qui est libro XII. de ista est legione decimatertia accipiendus: Per idem tempus Vannius (inquit) Sueuis à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, prima imperij ætate clarus, acceptusq; popularibus: mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio ac colarum, simul domesticis discordijs circumuentus. Auctores fuisse Iubillius Hermundurorum rex, & Vando ac Sido sorore Vannij geniti, nec Claudius, quanquam sæpe oratus, arma certantibus interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur. Scripsitq; P. Attilio Histro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem, ipsaq; è prouincia lecta auxilia pro ripa componeret. hæc ille. Eadem est de Furio Scribonio Camillo ratio, cuius nomine hæc in monumentis inscriptam legionem ostendimus, nam Furij Camilli Scriboniani Dalmatiæ & Illyrici proconsulis, qui aduersus Claudium ab Illyrico exercitu ad imperij fasces erat sublimatus, uidetur Eutropius in hæc uerba meminisse: Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum ciuile molitus, legiones multas fortissimasq; ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dato, ut in unum undique ad nouum imperatorem conueniretur, neq; aquilæ ornari, neq; conuelli quoquo modo signa potuere. Proinde Tacitus libro XIX. alæ Scribonianæ meminit, cum de Pannonico exercitu loquitur, & Bebriacensi uictoria: Inde Patauium & Ateste partibus adiunxere, illic cognitum, tres Vitellianas cohortes, & alam cui Scribonianæ nomen, ad forum Alieni ponte iuncto confedissee. Placuit occasio inuadendi incuriosos, nam id quoque nunciabatur, luce prima inermes plerosq; oppressere, prædictum ut paucis interfectis, cæteros pauore ad mutandã fidem cogerent. Et fuisse qui se statim dederent: plures abrupto ponte, instãte hoste uiam abstulere, uulgata uictoria post principia belli, secundum Flauianos duæ legiones septima Galbiana, XIII. Gemina, cum Vidio Aquila legato Patauium alacres ueniunt, hæc ille. De T. Fabiano Pannoniæ præside antea ostendimus. Pluribus possemus de Mutiano Iunio Iulio, & cæteris (qui huic legioni nomen indiderunt) rem manifestam facere, nisi capitis nos prolixitas deterreret. Cui antequam colophonem imponamus, monumentum libet adferre, quod luculento testimonio probat, decimatertiam legionem è Pannonijs in Daciam à Traiano fuisse traductam, quod uidelicet milites legionis XIII. Geminae uota soluerint Traiano, ob deuictum Decebalum. Cuius monumenti rhapsodia nobis è Transyluania adlata sic habet:

FORTVNAE

AVG.

OMNIPOTENT

VBI

VBIERAS

RAMNVSIA

VBIERAS

QVANTVM ABFVIT

NE ROMALVGERET

SED VIVIT TRAIANVS

VETIBI DECEBALE

MILS LEG. VI ET XIII G.

DEVOT. CAPITIBVS

Porro lateres Viennæ reperti innumeri in diuersis ædibus, habent istas superscriptiones:

LEG. XIII. G. IM. NERON. TIBER.

LEG. XIII. G. IM. CC. id est, Imperatoris Cai Cæsaris.

LEG. XIII. G. MV. id est, Mutiani, cuius in Pannonia Tacitus.

LEG. XIII. GEM. CAMIL. id est, Camilli Scriboniani, de quo supra.

LEG. XIII. GE. GA. id est, Galbæ, qui Pannoniæ præsedit sub Nerone, & legionē coloniãq; Galbianã ibidẽ.

LEG. XIII. GE. IVN. Iunij, quẽ Piso in consortium adscitus à Galba, socium administrationis adsumpsit.

LEG. XIII. GE. A. Attilij, cuius in Pannonia meminit Tac. lib. 12.

LEG. XIII. G. VI. AC. Vidiij Aquilæ, & huius in Pannonia Tacit.

LEG. XIII. GE. VALE. Valentis, quem bello Bebriacensi interfuisse cum legionibus Pannonicis Tacit.

LEG. XIII. GE. FE. Felicis, quẽ Norico præfuisse Tacit. lib. 19.

LEG. XIII. GE. FL.

LEG. XIII. FAB. Fabianæ, à T. Fabiano Pannoniæ præside, cuius Tacitus libro 18. & 21. in fine.

LEG. XIII. GE. PO T. Pœtouiensis, ab oppido, ubi hyberna legionis XIII. Tacitus libro 19.

LEG. XIII. GE. OLIM. Olimacensis, ab oppido prope Pœtouionem, cuius Ptole. in Pannoniæ superioris descriptione mentionem facit.

LEG. XII. GE. CAR. ris descriptione mentionem facit.

D. M.

MARINA SECVN

DINA VIXITAN. LIII.

L. AVRELIA SATVR. V. A. XXI.

L. AVRELIANVS INGENVS

MILS. LEG. XIII. GEM.

ANTONINANAE

MATRI ET SORORI POSVIT.

Atque hæc de legione Decimatertia Gemina, qua (ceu ostẽsum) in Daciam abducta, decimam Alaudam à Rheni limite Aurelius Antoninus (quẽ philosophũ cognominãt) ad Danubij limitem in Pannonia substituit, & Germanicam appellauit, quòd aduersus

D Ger-

Decima legio in locū XIII. traducta in Daciam à M. Antonino in Pannoniam superiorē collocata. Germanos, & ex his potissimum Sueuos & Marcomanos, in utroque limite dum mereret, laudem & nomen ab euentu fuisset consequuta. Vtrum uerò eadem legio fuerit decima, quam Germanicam, & quam Ferratensem, siue Fretensem, Alaudamq; authores cognominant, & passim hoc numero legionis in Gallijs, in Pannonia superiori, & in Iudæa meminere, non sanè ausim affirmare. Atqui legionem decimam Alaudam in Rheni limite Antonini itinerarium enumerat, cum Vbiorum & Menapiorum municipia recenset. Decimam uerò Germanicam legionem in superiori Pannonia, ad Danubij limitem non solum Antoninus, sed Ptolemæus adeò libro secūdo, cap. xv. tabula Europæ v. describit, cum Iuliobonnâ & Carnunta municipia enumerasset, addit *λεγεὶων δεκάτη γερμανιάνη*, id est legio decima Germanica. Meminit porro & decimæ legionis Dion, in Iudæa: ut equidē haud indigna quæstione res sit, eandem ne an diuersas has coniiciendū sit decimas legiones extitisse. Ac ni omnium istorū cognominū innumera quottidie apud nos, tū intra Viennā, tum extra se offerent exempla, ac iā eruta inscriptiones extarent, forsan dubium nullum päreret. Iam quia uerò in eo loco, ubi decimam Germanicam legionē Ptolemæus & Antoninus depingunt, hoc est collimitijs Pannoniæ & Norici (ubi hodie Vienna nostra sita cernitur) & decimæ Germanicæ, & decimæ Alaudæ, & decimæ Fretensis siue Ferratensis inscriptiones Romanæ supersunt (quas sub finem capituli subiiciemus) haud à uero alienum forsan fuerit, existimare, eandē legionem extitisse, cui non solum tria ista addita cognomina fuerint, sed ab Antonino Cæsare preterea, quæ Marcū Aureliū dicunt, quartū accesserit, ut Antoniniana uocaret. Vt quemadmodū à primo authore, qui eā in Gallijs scripsit, Caius Iulio Cæsare uidelicet, Alaudæ nomē (ab insignib. huius auiculæ, uel, ut Tranquillus & Plinius authores sunt, quod milites ueteranos omnes haberet, qui galeis ad similitudinē galericiæ auis, alaudæ uel rostratis utebant) meruerit, sic à traductore qui eam à Rheni limite in Pannoniā traduxerat, M. Aurelio Cæsare uidelicet, Antoninianæ cognomentū acceperit. Ac quanquā huius translationis nulla extent aperta testimonia, apparet tamē uetustiores M. Antonino authores huius nō in Pannonia, sed Gallijs ac Iudæa, legionis meminisse: unico Cornelio Tacito excepto, cuius hæc libro 18. uerba legunt, cū Ottonis et Vitellij de imperio certamen describeret: *Læta interim Ottoni principia belli, motis ad imperiū eius è Dalmatia Pannoniaq; exercitib. Fuere quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa, ipse modicis interuallis sequebatur. Septima à Galba cōscripta, ueteranæ decima & undecima & decimatertia, & præcipua fama Quartadecumana, etc. hæc ille.* Cōstat ex his igit, ueteranorum decimā fuisse, quos etiam Tullius, eloquentiæ ac omnis historiæ pater, Alaudas dici testat in Epistolis ad Atticū, cū ait: Antoni-

Decima legio in Iudæa.

Vtrum decimæ istæ legiones tres, una, uel diuersæ.

Decima legio Antoniniana dicta.

Locus Cornelij Taciti de legione decima ueteranorū in Pannonia. Legionem Pannonicæ sub Galba et Vitellio.

Veterani Alaudæ dicti.

Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipijs imperare. Et iterum: Huc accedunt Alaudæ, ceteriq; ueterani. Et rursus ibidem: Antesignanos, & manipulares, & Alaudas iudices se constituiffe dicebat. Plura de Alaudis ueteranis idem Cicero in Philippicis, ubi Antonium insectanter criminatur, quod decuriam iudicum quondam fecisset ex legione Alaudarum: de qua ista extant apud Tranquillum uerba in Iulio dictatore. Quam fiducia ad legiones, quas à Republica acceperat, alias priuato, alias publico sumptu addidit. unum etiam ex transalpinis conscriptam, uocabulo quoq; Gallico, Alauda enim appellabatur: quam disciplina cultuq; Romano institutam & ornatam, postea uniuersam ciuitatem donauit. hæc ille. Quam historiam repetit etiam Plinius libro XI. capite XXXVII. Itaque cum huius decimæ legionis (cuius tamen hoc nomine Alaudæ ad Rheni tantum limitem Antonini itinerarium mentionem facit) multa in Austria monumenta extant, quæ nominatim istas literas repræsentant, LEG. X. ALAUDA. Haud equidem dubitarim, Alaudam eandem cum decima Germanica legionem extitisse, cum isto tamen discrimine, quod præter decimam plures aliæ Alaudæ nomenclaturam acceperint, ut quæcunq; ex ueteranis conflata forent, qui ab insignibus primæ legionis Alaudæ à Caio Cæsare Dictatore scriptæ, ex ueteranis scilicet, omnes deinceps Alaudæ cognominati sunt, totius nomine in partem transeunte. Itaque Antonini itinerarium, post Bonnæ & Coloniæ Agrippinæ enumerationem, non Decimæ duntaxat Alaudæ, sed Quintæ præterea & Nonæ Alaudarum, eodem in Rheni limite mentionem facit. Proinde haud extra rem ea fuerit coniectura, quam Ioannes Cuspinianus in uita Friderici Cæsaris Secundi habet, primæ uis Austriæ Marchionibus quinque alaudarum aurearum insignia eo euentu accessisse, quod eas ab imperio prouincias accepissent, in quibus decimæ huius legionis Alaudæ quondam statiuæ erant, & exempla uetustatis quædam reperta forent, & quottidie eruerentur. Quam ueritati consonam coniecturam esse, non solum quod antea adduximus, de monumentis quæ has literas continent, LEG. X. ALAV. sed antiquissimus annalium codex incerto auctore scriptus abunde comprobatur, in quo huius rei obiter mentio fit: Quod uidelicet à legione alaudarum, insignia primis Marchionibus Orientalibus, siue Austriæ, quinque aurearum alaudarum in celestino clypeo picta fuerint: ipsamq; adeo legionem aduersus Herulos, Rugos & Vandalos, Romanam ditionem isthic defendisse. Quæ cum Serenissimo ac Inuictissimo Romanorum Hungariæ & Bohemiæ regi Ferdinando anno superiori indicarem, mox tres aureas alaudas armis gentilitijs familiæ nostræ, ex regia liberalitate ac munificentia sua Maiestas adiecit, & eo nos donatiuo affecit, quo nec cumulatius nec maius unquam expetiuissemus. Atque hæc

Ex legione Alaudarum Romæ decuria iudicum facta.

Legio Alauda ciuitate Romana donata à Caio Iulio Cæsare.

Quot legiones fuerint Alaudæ. Veterani omnes Alaudæ.

Vnde insignia Marchionibus Austriæ quinque alaudarum.

Authoris huius operis insignia trium alaudarum.

de Decima legione Germanica, cuius innumera monumenta per Austriam collecta nobis sunt, & intra Viennam, & extra, in pagis proximis, diuæ Petronellæ sacro (ubi Carnunti rudera) itemq; Fesendorf, Leopoldsdorf, Geresdorf, Vischamundt, oppidisq; Austriæ superioris Vuels & Lyntz animaduersa. Redeo iam ad Ferratensis, siue Fretensis cognomentum, quod an à Comagenorum cohorte quæ sub hac merebat, & notissimo Norici ripensis municipio nomen indidit Comageni (ubi classium præfectus apud Romanos regiam habuit) an aliunde istud accesserit, & non Fretensis, sed Ferratensis ea dicta legio fuerit, haud equidem multum arbitrator referre. Apparet tamen ex Eutropio, Comagenos notissimos Asiæ populos quondam Augustofretenses cognominatos, cuius gentis cohortem sub hac decima Germanica legione meruisse, potissimum Norici ripensis municipium demonstrat, quod Comagenum, & montem qui illi incumbit eodem nomine Romani appellarunt. Habet autem locus Eutropij in Vespasiano sic: Tunc deinde sine ulla bellorum tumultibus in immensum respublica Romana prouehitur. Siquidem Achaia, Lycia, Rhodus, Bizantium, Samos, quæ liberæ ante id tempus fuerant, item Trachea, Cilicia, Comagenum, quam hodie Augustofretensem nominamus, quæ sub regibus amicis erant, tunc primum redactæ in prouinciarum formam, iudicibus Romanis legibusq; paruerunt. hæc ille. Quando autem istæ Asiaticæ cohortes aut externa auxilia in Pannoniam sint traducta, docet Tacitus libro decimo octauo, cum Germanicas in Pannonia legiones describeret: Nihil æquè prouinciam exercitumq; accendit, quàm quod adseuerabat Mutianus, statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam ad militiam opulentam quietamq; transferret. Contra Syriacis legionibus Germanica hyberna cælo ac laboribus dura mutaret. hæc Tacitus. Quæ satis ostendunt, & quamobrem tot in Austria, Styria, Carniolaq; Augustofretensium & Fretensis legionis Decimæ monumenta mentionem faciant, & quando aut quo euentu in Syriam & Iudæam decima legio translata sit, quo loco eius Dion meminisse uidetur. Sed placet monumenta decimæ legionis Germanicæ per Austriam & Styriam à nobis animaduersa subiicere, quorum rhapsodiæ hæc sunt:

Intra Viennam nostram hæc extant.

P. CLAUDIO PALLANTI
HONORAT. REPENTINO

I. O. M.
PRO SALUTE IMP.

AD

à Carolo magno gesti explicatione, simul cum Comeonburgo aperte meminit, tradens uidelicet, Carolū magnum ab Aniso fluuio primis castris nauigio ad Cambum fluuium & Comenburgum uenisse, inde tertijs ad Arrabonem. Sanè montana illa quæ à Gotuuico, & è regione Cambij incipiunt, perpetuis in Styriam iugis attolluntur: quam antequam attingunt, Khaumberg uetus nomen adsumūt. Proinde in historia diui Seuerini à nobis reperta, ubi sæpe Comageni & municipij & montis fit mentio, ad marginem literis antiquissimis adscriptum est Khaumberg. Comageni uerò & montis & municipij in orientali Marcha, quam nostra ætas Austriam dicit, antiquissimum à Carolo magno datū priuilegium, annales Austriæ antiquissimæ, & Otto Frising. lib. Chron. 4. cap. 30. mentionem faciunt. Liber præfecturarū Rom. meminit in Norico ripensi triū classium præfectorū, Laureacensis, Arlapensis, & Comagenensis.

Quibus in locis Austriæ decimæ legionis monumenta extant.

Legio Fretensis, siue Ferratensis.

Comageni municipij in Norico Antonini itinerariū meminuit. Nam cū Arrabonis cū Danubio confluentes delinisset uersus occidentem, recensens sub 14. legione Germanicæ municipia Gerulata, Quadratum, Flexum, & sub decima Germ. Carnuntum, Vindobonnam, Comagenum, & Cetiam, uidetur ex millium passuum supputatione incidere in collimitia Norici et Pannoniæ. ubi hodie sub Gotuuico monte ruinosus locus extat, Hollenburg, è cuius regione riuus in Danubium exit nomine Cambus: cuius Eginhartus in belli Pannonici siue Auarici

AD LECT. L. SEPTIMI SEVERI
 INTER TRIBVNICIOS LEG. PR. PII PERTINACIS AVG.
 PR. PROVINCIAE AFRICAE ARABICI ADIABEN.
 PRAETORI LEG. PR. PR. PARTHICI MAXIMI
 PROVINCIAE ASIAE LEG. AVG. ET IMP. M. AVRELI
 LEG. X. G. C. IVL. MAGNVS ANTONINI AVG.
 DEC. COL. KARN. EQVO ET L. QVIRINALIS
 PVBLICO EX. V DECVR. MAXIMVS TRIB.
 DIGNISSIMO L. DDD. MILIT. LEG. X. GERM.
 P. F. V. S. L. L. M.

29
 Monumenta
 decimae legio-
 nis intra Vien-
 nam.

D. M.
 In laterib. GATTIOROM. In lateribus,
 LEG. X. G. VLO AVGVSTA LEG. X. G. PA.
 NO. MIL. LEG. X. G. EX
 XIII. L. H. F. C.

Monumenta
 decimae legio-
 nis per Au-
 striam.

Petronellae Austriae, In Geresdorf Austriae,
 C. IVLIVS C. CLA I. O. M.
 SECVNDVS SAV. VLP. VALEN
 LEG. X. VAPO. IVLI TINVS VETE.
 CELERIN. VIX. ANN. LEG. X. G. VO
 XXVI MENSES VII. SO. LE. LI.
 M. G. S.

In Tulna Austriae,

P. AEL. GERMANO
 VETER. EX. DEC. ET
 CASSIAE VALENTINE
 EIVS ET PVBLIIS AELIIS
 SABINIANO ET GERMANO
 DEC. G. ID COLONIAE
 AQVILEIENSI A MILI
 TIIS ET P. VALENTINE
 SORORLEQ. M. P.
 PAETVS RVFFINIVS
 DEC. ET II VIR L. D. AL
 CETIENS.

PERFICIC,
 Poetouione,

I. O. M.

PRO SALVTE ET INCOLVMITATE PL.
 VAL. TIB. MARCIANI IVNIOR. P. VAL.
 MARCIANVS MIL. DVPL. LEG. X. GEM.
 ANTONINIANAE ADIVT. PRAETER ET

Monumenta
 decimae legio-
 nis per Styria.

VOLFGANGI LAZII
GRECINIĀ P. FIL. PRISCILLA PARENT

V. S.

In Styria Ferratensis monumenta.

DIIS MANIBVS

M. ATINIO AE. P. PAL. PATERNO SCRIBAE
AEDIL. CVRVL. HON. VSVS AB IMP. EQVO PV
HONOR. PRAEF. COHOR. II BRACAR AVGVSTAN
TRIB. MIL. LEG. X. FRETENS. A DIVO TRAIANO
IN EXPEDITIONE PARTHICA DONIS DONAT.
PRAEF. ALAE VII PHRIG. CVR. CAL. KABRA
TERNOR. NOVAR. ATINIA A. F. FAVSTINA
PATRI OPTIMO FECIT.

Aliud.

L. VALERIO PRISCO VIEMENSI PRAEF.
II CON. DVA TERTIAE ET SECVNDAE EQVITA.
TRIB. LEG. X. FRETENS. PRAEF. ALAE
FLAVIANAE.

FINIS LIBRI PRIMIERVM

*Viennensium, in quo nominis ratio, etymon, & uetus
stas loci explicata sunt.*

INCIPIT

INCIPIT LIBER SECVNDVS

Rerum Viennensium, De nobilitate & praerogatiua Viennae Austriae Archiducatus metropolis, auctore Vuolfgango Lazio Viennensi Medico.

CAP. I. DE NOBILITATE VRBIS

Viennensis in genere.



UPERIORI libro, Viennae uetustatem & nominis originem ostendimus: quibus rebus ordine nobilitatem ac praerogatiuarum laudem subiicimus. idque conuenienti omnino ratione facimus, Oratorum exempla imitati, qui isthoc quoque genere ac ordine, meritam laudem bonorum omni-

um iudicio sunt consequuti. Igitur quo adhuc tempore Romani rerum per Noricum ac Pannonias sunt potiti, his ferè rebus Vindobonnam (quam superiori libro Viennam esse docuimus) celebratam auctoribus animaduertimus: duarum scilicet legionum, Decimae tertiae Geminæ, & exinde decimae Germanicae stauis: castris porro ex his legionibus desumptis, Alae Flauianae & cohortis peditum Fabianae. Imperatorum quoque praecipuorum hic locus commemoratione insignior deinde est redditus, Octauij Augusti uidelicet, Tiberij, Claudij Drusi, Cai Caesaris, Galbae, Vespasiani, Neruae Traiani, Marci Aurelij, Pertinacis, & Septimij Seueri. Quibus omnibus exempla alia nobilia accessere, quae ex uetustissimo apud Romanos episcopatu, qui multo post tempore interceptus, barbaricorum gentium deuastatione anno iterum millesimo post primam positam sedem, Friderici tertij Caesaris auspicio Pannoniae superioris restitutus fuit: item quae ex libertatis praerogatiuis colliguntur, quae a Friderico secundo Caesare anno salutis nostrae M. CCXXX. Viennae nostrae (ceum ostendimus in Vindobonae ueteris ruinis condita) donata fuit, insignibus insuper nouis ac Caesareis accumulata, aquila uidelicet bicipiti aurea in atro clypeo, imperatorio diamate inter duo aquilae colla mediante. Conciliū praeterea Germaniae totius episcoporum legimus Viennae Austriae, quod uocant Prouinciale, habitū, ordināte Clemēte quarto Romano pontifice. In quo (cū interregnū imperio tum esset, Cunrodo Romano Siciliae ac Hierusalem rege Neapoli interfecto) Ottocarus Bohemiae rex, & Austriae archidux, & Guido quispiam sacrae Ro. sedis Cardinalis, ad sanctum Laurentiū in Lucina presbyter, & tum in Germania legatus praesederūt, anno Verbi incarnati M. CC. LXIII. In quo praeter ceteros Aquileiensis, Salzburgenensis, Moguntinus, Magdeburgensis, & Pragēsis, metropolitanis cum suis suffraganeis inter-

Due Viennae legiones apud Rom. collocatae erant.

Ala equitum Flauiana et cohors peditum Fabiana Viennae habebant castra.

Qui imperatores Viennae sedē habuerint.

Episcopatus antiquissimus Viennae sub Gelasio pontifice, anno Domini 470.

Quis episcopatum collapsum retulerit in Viennam.

Libertate donata Viennae a Friderico secundo.

Noua insignia Viennae a Friderico secundo concessa.

Conciliū nationale habitū Viennae anno Domini 1264.

Qui concilio Viennensi interfuerunt.

fol. 66.

interfuerunt, & multa quæ pertinebant ad cleri honestatem, & dignos ecclesia Christi mores, ritusq; necessaria tractabant. Ad quæ omnia, & si per se maxima & ueræ nobilitatis testimonia existant, Albertus & Rudolphus Austriæ archiduces circa annum salutis nostræ M. CCCLXII. Academiam & studiorum omnis generis, eorumq; alumnorum conuenticulum adiecere: ab Urbano postea & Bonifacio tertio Romanæ sedis pontificib. constabilitum, & suis adornatū priuilegijs & immunitatibus. Quæ ordine à nobis cuncta elucidabuntur, exordio ab Imperatoribus sumpto.

Academia Viennæ posita Anno 1362.

CAP. II. VIENNAM PRIMORVM

Imperatorum sedem & regiam extitisse.



IGITVR Octauium primum omnium Augustum, sedem aliquandiu Viennæ tenuisse reperio, cum Pannonijs sub iugatis, aduersus Dacos & ultiores Danubij accolæ procinctum mouisset, Sirmio ac Segesta (ut Strabo est author) in huius diutini belli usum horreis constitutis. Vendum nanq; Moncetium, Metullum, Segestamq; expugnasse paulo ante Cæsarem, Strabo animaduertit. ubi Vendum, Vendobonnam (quæ modò Vienna dicitur) interpretati sumus, à Venedis forsari Sarmatica gente cognominatam, uel quòd hi hanc condiderint, uel quòd Romani huius gentis auxiliarijs cohortibus, in Decimater tia legione, aut Decima, perinde ut Carnorum, Comagenorumq; & Batauorum usi fuerant. Augustum uerò in Norici ac Pannoniæ confinibus (quæ ad Cecium montem prope Viennam fuere) moram traxisse, præter ea quæ de Vendo ex Strabone ostēderamus, Tertia legio Italica ab hoc cognominata Augusta, satis coarguit. Cuius in Norico ripensi Antonini itinerarium meminit: & multa apud nos monumenta superesse cernuntur, quorum è multis postea pauca admodum fidei ergò subñciemus: cum plures huius inscriptiones Cunradus Peutingerus Augustanus, in historijs haud uulgariter uersatus, per Vindeliciam animaduersas, in suas ædes transtulerit, quarum inter cætera Appianus in suis collectaneis meminit. Ad hanc porro legionem Augustam, seu (ut postea à Sextilio Felice Norici præside dici cœpta est) Felicem, alludit Claudianus hoc carmine:

Augustus Vendum expugnauit, hoc est Viennæ. Peruenire autē multo ante Augustū ad Istrum, Currius proconsul et Cassius Cos. ueluti de Carnunte Liu lib. 3. decad. 5. ab initio scribit.

Vnde dicta Vendobonna, à Venedorum banno, hoc est territorio.

Tertia legio Augusta in Norico.

Locus Claudia ni de leg. Augusta Felice. Meminit legis tertie Lii libro 10. 4. Decadis, in Rhetia Alpstri tradens Sextū Iulium

*Ioniam' que cohortem
Rex ducit superūm, premitur nec signifer ullo
Pondere, festinant adeo uexilla moueri.
Neruius insequitur, meritisq; uocabula Felix,
Dictaq; ab Augusto legio, nomenq; probantes
Inuicti clypeis, animosi teste leonis:*

Dictis

Cæsare, et L. Valeriu Cottā huic tribunos præfuisse. & Tacitus lib. 18. sub finē: Prima Vitellio (inquit) tertie legionis defectione unciatur, missis ab Aponio Saturnino epistolis, antequam is quoq; Vespasiani partibus aggregaretur.

*Dictis ante tamen princeps confirmat ituros,
Aggere conspicuus: stat circumfusa iuuentus,
Nixa hastis, pronasq; ferox accommodat aures.*

Fuit ab eo tempore hæc legio Tertia, Italica, & Augusta, siue Felix, cæteris postea omnibus Augustis, uel authoris nomine commendata, ut ceu prætorianam cohortem ipsi hanc ducere Cæsares consueuerint. Quod ista Valeriani Cæsaris ad Probum epistola testat, à Flauio Vopisco Probi gestis inserta, cum eius aduersus Quados bellum describeret. Quo quidem tempore (inquit) Valerium Flaccum adolescentem nobilem parentem Valeriani, è Quadorum liberauit manu, unde illi Valerianus coronam ciuicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: Suscipe Probe premia pro republica, suscipe coronam ciuicam pro parète. Quo quidem tempore legionem tertiã eidem addidit, sub testimonio eiusmodi. Epistola de legione tertia: Res gestæ tuæ, Probe charissime, faciunt, ut & serius tibi tradere maiores exercitus uidear, & citò tamen tradam. Recipe in fidem legionem tertiam Felicem, quam ego adhuc nulli nisi profecto iam credidi: mihi autem eo tempore tradita est, quo & me canosum qui credebat, cum gratulatione uidit. Et iterum, Aureliano (qui ad imperij fasces item ante Probum ascenderat) hanc legionem credidisse Valerianum Cæsarem, idem author in uita Aureliani refert, cum Sarmaticum in Illyrico bellum describeret, & epistolam Valeriani ad Aurelianum (cui eius belli summam commiserat) recenseret: Fac quicquid potes (ait) in tua erit potestate militiæ magisterium: habes sagittarios Itureos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Sarracenos ducentos, Mesopotamios auxiliares quadringentos: habes legionem tertiam Felicem, & equites cataphractarios octingentos, tecum erit Hartomundus, Hildegastes, Hildomundus, Cariouistus. hæc ille. Germanorum hi reges erant, quemadmodum nomina ipsa ostendunt. Sed placet aliquot hæc de monumenta subiungere:

In Lambacho Cœnobio.

P. AEL. FLAVI. DEC. ET IIVIR. ET FLAMIN. AL. CETIENS. SIVM ITEM DEC. ET IIVIR ET PONTIF. COLONIA AVRE-
LIA ANTONINIANA OVIL. TRIB. LEG. III. AVG. ET AEL.
LIAE P. FILIAE FLAVIANAE FILIAE EIVSDEM ET AEL.
MAVSU PATRIS EIVS ET ORGETIAE SISAE MATRIS EX
PRECEPTO EIVS ORGAETIAE VRSA PROPINQVA IM-
PENDIO HEREDIS FIERI INSTITVIT.

E In magno Decurione Carnus

Monumenta legionis tertiae Augustae, quorum plura ante adduximus, simul cum Decima Germanica recensuimus, ut ista de Iulio In magno Decurione Carnus

tensi, qui P. Claudio Pallanti repentino posuit titulum Praefecto & legato legionis Augustae, subintellige Tertiae, & Decimae Germanicae, quae coniuncta castra in collimitijs Norici & Pannoniae superioris habebant.

VOLFGANGILAZII
In Passau, siue Patauia episcopali, Austriae
contermina.

SECCIUS SECVNDIVS VET. LEG. T. ALPINAE F.
EIVLA SEVERIO CONA. EIVS SIBI ET SECCIO SECVN
DINO FILIO ET MARIO MAXIMO ET SECVNDAE
NEPOT. SVIS VIVIFECERVNT e ANNO XXV

In Celeia Styriae.

D. M.

Monumenta
tertia legionis
per Styriam.

SECCIVN. SECVNDIN. VET. LEG. III ITAL. PETEIVLA
SEVERIO CONI. EIVS SIBI ET SECCIAE SECVNDINAE FIL.
ET MARIIS MAXIMO ET SECVNDO NEPOTIBVS SVIS VI
VI FECERVNT ET IVL. APRICIO FIL. MIL. LEG. SS BF
PRAEF. STIPEN. VI Q AN. XXV.

Aliud in Styria prope Rekespurg.

C. OPPIO C. F. VELINO PPP. PR. LEG. III AVG. FEL. ET
LEG. II TRA. FOR. EVOC. AVG. ABACT. FORI PR. PR.
MIL. COH. XIII ET XIII VRBA. OMNIBVS OFFICIIS
FVNCTO CENTVRIONES LEG. II TRAIANAE
FORTIS. DIGNISSIMO.

In confinibus Austriae & Styriae.

EX. D. EC AL.

C. CASSIVS

SILVESTER VET.

LEG. III EL. EX SIGN.

In confinibus Austriae & Hungariae, in quo & Pisonis fit men-
tio, cuius opera in subiugandis Pannonibus & Noricis fuisse usum
Augustum, Florus & Tacitus referunt.

VICTORIAE AVG. NN.

ET LEGI. I. AD. P. I.

ANTONINIANAE

P. MARCVS D. SEXTIANVS

EPHESO PP. DD.

DEDICANTE EGNATIO

VICTORE LEG. AVG. C.

PR. PR.

ET C. L. PISONE

Itaque quando tot huius tertiae legionis Italicae, siue Augustae,
siue Felicis, siue denique Alpinae, in Austria monumenta extent,
ac eo potissimum in itinere occurrant, quod a Vienna in ripen-
se Noricum Cetio monte superato ducit, quae & Augustae &
Italicae & Felicis Alpinae que nomina praefereunt: haud extra rem

A' Tiberio &
Druso legio
tertia posita
ad Danubium.

fortitan erit coniectari, ex Rhaeticis alpibus (in quibus huius
videtur Liuius meminisse) in Noricas ab Augusto tradu-
ctam, & Alpinis omnibus uictis, ad Danubij tandem limitem
occiduum,

occiduum, fuisse à Tiberio Nerone & Claudio Druso Augusti pri-
uignis locatam, ac (quod uerisimile est) auxilio illi aduersus Bato-
nem & Pynnetē Pannoniorum & Noricorū reges haud minimo
fuisse. Viennę quoq; ac eius uicinia Tiberiū Cæsare regiam tenuif-
se, uel Paterculus docet, qui in Carnunto loco No-
rici regni ab hac parte proximo, aduersus Marco-
manos, horumq; regem Maroboduum, magnam
agitasse expeditionem Tiberium refert: utpote
duodecim in aciem legionibus eductis (ut etiam Ta-
citus meminit) cum quibus Danubio traiecto, quin-
que dierum spacio in Boiohemum peruenit, Maro-
bodui regiam, & Norico ripensi obiectam. Qui si-
tus collimitijs Norici ac Pannoniæ haud pessimè
quadrat: & si Carnunti ruinas in diuæ Petronellæ
pago, sexto à Vienna milliario in ortum dislito, sem-
per collocarim, tamen quia similes utrobique inscri-
ptiones eruuntur, & maxime Viennæ, quæ Tibe-
rii Neronis mentionem faciunt (cum istis uidelicet
literis, LEG. XIII NERON TIBER. uerisimile est
hunc Cæsarem, & in diuæ Petronellæ pago, & Vi-
ennæ, hoc est Carnunto & Vindobonna, moram
traxisse, quemadmodum Marcum Aurelium Cæ-
sarem eadem ratione constat, & in Carnunto, trien-
nio procinctū aduersus Marcomanos & Quados
expediuisse: & in Vindobonna, post acceptam ui-
ctoriam, rebus humanis exemptū fuisse. Idq; eo magis credendum
est, quod in Austriæ scrinijs literæ à Nerone Tiberio datæ, de pro-
uinciæ immunitate & priuilegijs extant, à septē ordine Cæsaribus
confirmatæ: quarum exemplū tale est. Claudius Tiberius Nero
Cæsar Augustus Imper. XII. Potesta. Trib. VIII. Pontif. Max. &c.
Frequenti senatu, cum per sententias singulorum iretur, conuenit,
ut prouincia Orientalis, quæ & Pannonia, quando per singularem
fidem, & constans obsequium, Romano populo cognita est, præ-
cæteris libertate frui debeat. Itaque uectigalium censusq; immuni-
tatem supradictæ prouinciæ concedimus, non eorum tantum que
à nobis populocq; Romano imponentur, uerū etiam si quas à suc-
cessoribus nostris tributorum pensiones obire iubeantur, has ad
immunitatem perpetuam contrahimus. Volumusq; Romani im-
perij (quod in nos collatum est) autoritate, quod nullo onere hu-
ius prouinciæ subditi de reliquo unquam tententur, exagitentur ue.
Quod si quis contra hoc nostrum edictū præsumere audeat, huic
igni & aquæ perpetuò interdictum esto, &c. Hæc ex prærogati-
uis, quas ob literas Romani imperij proceribus oblatas, Arnestus
Austriæ tum Marchio, ab Henrico hoc nomine quarto Imperato

Tiberij Cæsaris
regia Viennæ
fuit.

Carnuntum oppidū erat ad Danubij
ripam in Pannonia superiori positū,
ubi hodie diuæ Petronellæ pagus in
Austria uisitur. in quo et Carnunti et
X. leg. monumenta extant, iuxta An-
tonini & Ptolemæi descriptionē. me-
minere uerò Carnunti in uicinia No-
rici, & ad Istri ripam, T. Liius De-
cad. 5. lib. 3. ab initio. Velleius Pater-
culus, Spartianus in uita Septimij Se-
ueri, Eutropius et Honorius in M. Au-
relio (huius multæ in Austria ad Istrię
inscriptiones eruuntur) Ammianus
Marcellinus libris 29. & 30. Ptole-
mæus in Pannoniæ superioris descri-
ptione, post Iuliobonnā, sub decima
legione Germanica ponit ναρρους cũ
circum flexo, cuius genitiuus est ναρ-
ρουρος: sicut Ἰσπαρρους Ἰσπαρρουρος.
Porro coloniam fuisse Carnuntum,
inscriptiones in diuæ Petronellæ Au-
striæ pago testantur. Meminit eodem
in loco Carnunti, & Pli. lib. 4. cap.
12. & Eginhartus in bello Pannonico,
gesto à Carolo magno cōtra Hunnos,
qui Pannoniam superiorem & Nori-
cum ripense occupauerant.

A Tiberio Ne-
rone Austriæ
priuilegium.

Factū hoc est,
anno Domini
1052.

*Austriae prin-
cipis advocati
episcopatum
Salzburgen-
sis & Bataui-
ensis.
Drusus ex C.
Caligulae regiã
Viennæ tenu-
erunt.*

*Sergius Galba
Caesar Viennæ
regiã tenuit.*

*Vespasianus
Viennæ sedem
tenebat.*

*Nerva Traia-
nus regiã Vi-
ennæ tenuit.*

*Locus ex Pane-
gyrico Plinij.*

*Limes Danu-
bij in Vindeli-
cia, Norico ri-
pensi, & Pan-
nonia superio-
ri, etiam Ger-
mania anti-
quis uocabatur,
hoc est Romanorum
Germania, ex
qua Germanicas
nationes*

Drusus & Tiberius eiecerant. Nam ueram Germaniam, quæ Danubio, Vistula, Rheno, & Oceano boreali est inclusa, Romani nunquam subiugarunt, aut subiugata in fide non potuerunt retinere. hinc Vopiscus tradit, Probum Caesarem primum (qui seculis multis Traianum sequutus est) Germaniæ constituisse praesidem facere, hoc est, magnæ Germaniæ. Itaq; & hic Plinij locus, ubi dicit Traianum Germaniæ praesidisse, intelligendus est de minori Germaniã, quæ ad Danubij limitẽ erat, ubi hodie citerior est Austria. Sic quoq; Pli. lib. 4. cap. 12. Germanorũ confinium in Pannonia & Carnunto ponit. & Dion refert, Decumam Germanicam legionem in Germania habuisse stantia, quam tamen & Antoninus & Ptolemæus in superiori Pannonia describunt.

re, Iuuuuiensis, Laureacensis, & Batauiensis episcopatum sedium aduocatus est institutus, & Romani imperij fidelissimus miles saluatus. Cæterum ante Tiberium adhuc Claudius Drusus, & post eum Caius Cæsar cognomento Caligula, leguntur utroque in limite apud Germanicos exercitus militasse, & præclara multa cū summa laude coniuncta gessisse: ut laterum etiam inscriptiones Viennæ repertorum demonstrant, in quibus istæ nominatim literæ leguntur, LEG. XIII. C. DR. LEG. XIII. GEM. IM. CC. Quam rem cõfirmatam, est apud classicos authores uidere: Strabonẽ inquam, Appianum Alexandrinum, Velleium Paterculum, Horatium, & Sextum Ruffum: qui Batone & Pynnete regibus uictis, Drusum & Tiberium referunt, ad Istrum usque Romanum duxisse exerci-

tum, ibiq; multo tempore moram traxisse. Hos Sergius Galba sequutus est: quem sub Nerone, antequam ad imperij culmẽ ascendisset, nõ solum Pannoniæ præfuisse, sed coloniam insuper in Norici Pannoniæq; collimitijs suo nomine & excitasse, & denominasse, Cor. Tacitus author est: septima quoque legione Pannonica à se Galbiana nuncupata. Idem de Vespasiano tradit, de cuius familia Flauianorum in Pannonia celebrium, iam antea ab initio primi à nobis est libri dictum, unde & Alæ Flauianæ (cuius inscriptiones meminere) & Flauij (de quo in Pannoniæ & Norici confinio Plinius libro 3, cap. 24) & Flauianæ nomina processere: quibus appellatam Viennam nostram extitisse, ab exordio operis huius docuimus. Vespasianum nõ in imperio, sed in Pannoniæ Noriciq; administratione, & loci potissimũ Viennensis cultura, Vlpius Nerva Traianus sequutus est. Quem collimitia Norici ac Pannoniæ (quæ in Vienna nostra erat) dilexisse, & dum adhuc priuatus esset, & quã ad imperij postea fastigium euasisset, & monumenta in uicinia Viennæ reperta, & Plinius in Panegyrico testantur: Credent ne posterius (ait) patricio & consulari & triumphali patre genitum, cum fortissimum amplissimum amantissimum sui exercitum reget, imperatorem non ab exercitu factum? Eidem cum Germaniæ præsideret, Germanici nomen huic missum, nihil ipsum ut imperator fieret agitalle? Et ne quispiam hæc aliò referre possit, quàm ad eos Germaniæ limites, qui Norici Pannoniæq; collimitijs, hoc est, Viennensis urbis situi obijciuntur: placet Plinium latius disserentem de Traiani præfectura, audire. Agent gratias (inquit) qui imperauerunt, non audent queri quibus negatum est. An audiunt,

qui

qui sciunt te ad sedisse ferocissimis populis, eo ipso tempore quod amicissimum illis, difficillimum nobis, cum Danubius ripas gelu coniungit, duratusque glacie ingentia tergo bella transportat: cum feræ gentes non telis magis, quam suo coelo siue sidere armantur. Et subdit: Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus dijs, ut inuicti Imperatoris exortum, uictoriæ insignia decorarent. hæc Plinius.

Qui rursus, quod Traianum Pannoniæ præsedisse tradit, haud de alio loco quam Viennensi intellexerit, oportet. Germanicam nanque legionem decimam (quam in collimitijs Pannoniæ & Norici Ptolemæus & Antoninus describunt, & cuius tot, ut dictum, in agro Viennensi, & intra hanc præcipuè urbem testimonia supersunt) Dion Cassius apertè in Germania collocat. Ad quam rem uidetur & Plinius alludere, qui libro 4. capite 12. Germaniæ tradit confinium ad Pannonica esse hyberna, proxime Carnuntijs, quos populos iam antè Viennensis agri incolas fuisse ostendimus. Quin extat Traiani adhuc inscriptio ad primum à Vienna lapidè, eo modo & his uerbis, ut Romæ est & apud Transyluanos posita: quæ sic habet, licet ex magna parte fracti sint lapides, & promiscuè parietis templi in Gumpndorf inserti:

SAR DIV

NERV

TRA VS AVG.

NICVS DACICVS

VICTO DECE

PONTIF. MAX.

POT. IIII. COS V

Atque hæc omnia eiusmodi sunt, quæ testentur, Traiani quoque apud Pannonicos Noricosque exercitus, ripis insidentes, ijsque stantijs ac municipijs, per quæ eo ipso in loco hi constituti fuerant (quorum haud minimū Vindobonna erat) aliquā commorationē extitisse. Quod de M. Aurelio Antonino deinceps, præter Luciani in Alexandro, Suidæ in Marco & Marcellino, Vopisci quoque & Orosij testimonia grauiissima, Sextus Aurelius Victor in eius Cæsaris gestis, & columnæ fragmentum in pago diui Vdalrici repperit, satis ac luculenter coarguunt. Huius tempore (inquit) Aurelius Cassius tyrannidē arripiēs extinctus est: ipse uitæ anno quinquagesimo nono apud Vindobonnā morbo consumptus est. Quam historiam & Eutropius (qui sub Valentiniano primo scripsit) repetit in suo historiæ Romanæ compendio. Igitur cum fortunatam rem publicam uirtute & mansuetudine reddidisset, obiit apud oppidum Vindobonnā, duodeuigesimo imperij anno, ætatis sexagesimo primo. De eius morte nuncio Romam peruecto, confusa luctu publico urbe, senatus in curiam ueste tetra amictus conuenit. Et quod de Romulo ægrè creditum est, omnes pari sensu præsum

M. Aurelij Antonini Cæsaris regia Viennæ, ubi et obiit.

psere, Marcum cœlo receptum esse, hæc ille. Atq; ut omnes intel-
ligant, Vindobonnam illam Pannoniæ fuisse ciuitatem, docet hoc
Herodianus, qui eandem historiam græcè perscripsit. Quæ uerò
post Marci obitum (ait) per uniuersam ætatem uisa mihi auditaq;
sunt, nonnulla item in experiundo cognita, utpote in publicis offi-
cijs principalibusq; uersato, ea nunc conscribenda suscepi. Senem
iam Marcum, neq; ætate solum, sed laboribus multis curisq; con-
fectum, dum in Pannonijs ageret, grauissimus repete perculit mor-
bus, hæc Herodianus. Quæ Iordnandes latine reddidit his uer-
bis: Marcus (inquit) Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius
Commodus, affinitate coniuncti, æquo iure imperium administra-
uerunt, è quibus iunior contra Parthos arma mouens, magna egit
& fortia, Seleuciamq; urbem cum quadringentis millibus accepit
pugnatorum: senior uerò, multis sæpe bellis interfuit, sapiusq; per
duces suos triumphum reuexit, maxima de gente Quadorum, de
quibus cum magna gloria triumphauit. Sed unus in Aleno apo-
plexiam passus, defunctus est: alter in Pannonia urbe periit. Hæc
Iordnandes. His omnibus subscribunt tot Viennæ repertæ Mar-
ci Aurelij inscriptiones, è quibus duas subijcere placet: quarum u-
nam domi nostræ adseruamus, in columnæ fragmento, Fortunæ
reginæ dedicatam: altera est ad primum lapidem à Vienna, in diui
Vdalrici pago, Victoriæ Marci Aurelij inscripta (quantum con-
ijciendum, à deuictis Quadis & Marcomanis reportata) item in
columnæ haud uulgaris fragmento, ut uerisimile sit, ex arcibus
triumphalibus Vindobonnæ & Carnunti post uictoriam Marco-
manicam positis, & tot gentium postea immigratione demolitis et
fractis, ista duo ad nostram memoriam fragmenta remansisse, cæ-
teris penitus obrutis:

Locus Iord-
nandis de M.
Antonino.

Monumēta M.
Aurelij Anto-
Viennæ.

In ædibus nostris,

FORTVNÆ
REGINÆ AVR.
MARCVS
V. S. L. L. M.

In diui Vdalrici pago

VICTORIÆ ET
FORTVNÆ
AVGVSTÆ
MARCVS
AVRELIVS
MAXIMVS
I. I. A. V. P.

Viennæ Pertinax
Caesar re-
giã habuit.

Locus Hero-
diani de Pertinax.

Atque de M. Aurelio hæctenus, quem non in imperio, sed Pan-
noniæ Noriciq; administratione, Pertinax sequutus est, quem pri-
uatum adhuc, Danubij limiti & Illyricis Germanicisq; isthic exer-
citibus præfuisse, Herodianus libro secundo testatur. Inuehens præ-
terea (inquit) in prætorianas cohortes (loquitur aut de Seueri Se-
ptimij in imperatorem inauguratione) quæ sacramentum milita-
re ciuili imperatorioq; sanguine polluisent, uindicandam esse
aiebat, ac persequendam Pertinacis cædem: minime ignarus, excu-
bare

bare adhuc Pertinacis apud Illyricos exercitus memoriam. Quoniam sub imperatore Marco multa illius ductu aduersus Germanos trophæa excitauerant, & cum præfectus Illyrico foret, nullum non exemplum uirtutis in prælio ostentauerat: beneuolentiã porro ac probitatem, ad hæc ciuile moderatumq; imperium socijs præstiterat. hæc Herodiã. Quam historiam copiosius, Iulius Capitolinus latinè repetit in Pertinacis uita: Post in Mœsia rexit alam (ait) deinde alimētis diuidendis in uia Aemilia procurauit, inde classem Germanicam rexit. Mater eum usque in Germaniam prosequuta est, ibiq; obiit: cuius etiam sepulchrum stare nunc dicitur. Inde ad ducentorū H—s stipendiū translatus in Daciam: suspectusq; Marco, quorundam relatu, à partibus remotus est: & postea per Claudium Pompeianum, generum Marci, quasi adiutor eius futurus, uexillis regendis adscitus est, in quo munere approbatus, lectus est in senatum. Postea iterum re bene gesta, prodita est factio, quæ illi cōcinnata fuerat. Marcusq; imperator, ut compensaret iniuriã, prætorium eum fecit, & primæ legioni regendæ imposuit: statimq; Rætias & Noricum ab hostibus uindicauit. ex quo eminente industria, studio Marci imperatoris Consul est designatus. Extat oratio apud Marium Maximum, laudes eius continens, & omnia quæ uel fecit, uel quæ perpeffus est. Et præter illam orationem, quam longum fuerit connectere, sæpissime Pertinax à Marco, & in concione militari, & in senatu laudatus est: doluitq; palàm Marcus, quod cum senator esset, præf. prætorio fieri à se non posset. Cassiano motu composito, è Syria ad Danubiũ tutelam profectus est, atque inde Mœsiæ utriusque, mox Daciæ regimẽ accepit. hæc ille. Sanè non Pertinacem modo in Austria, ipsaq; nostra Vienna (dum Danubiũ tutelæ sub Marco Cæsare præesset) fuisse commoratum, sed suam insuper stirpem, quæ (ut idem Capitolinus est author) successorum fuit in uicinia Viennæ coluisse, docent frequentes & ipsius Pertinacis apud nos, & successorum inscriptiones Ro. repertæ.

Viennæ in ædibus Io. Geutner.

I. O. M. SARAPIDI

PRO SALVTE IMP. L. SEPT. SEVERI

PII PERTINAC. AVG.

Pertinacem mox & in imperio, & in Pannoniæ Noriciq; administratione sequutus est L. Seuerus Septimius, antequam ad imperium adscitus fuisset, Pannoniæ superioris ac Norici ripensis præ-

Locus de Pertinace ex Capitolino.

Intelligit hic Germaniam, non illã magnam. Vistula, Danubio, Rheno, & Oceano boreali cõprehensam, sed (ut antè admonuimus) limitem Danubiũ Germaniam magnam claudentem, ubi decimam legionẽ fuisse Dion testatur, quæ propterea Germanica dici est cõcepta, cuius in collimitijs superioris Pannoniæ & Norici ripensis Ptole. & Antoninus mentionem faciūt. Istic igitur in eo itinere quod à Vienna Lintzium dicit per Austriam ripensem, multa successorum epitaphia occurrunt, præsertim in Melico Austria, ueluti de matre Pertinacis Capitolinus tradit. Istic et tres classium præfeti ord. ne positæ erant, Laureatensis, Arlapensis, et Comagenensis (ut liber præfecturarum animaduertit) quæ hodie loca nos uocamus Ensum, Pechlarn, locum Melico proximum (ubi Erlaph adhuc fluius uetus nomen exprimit) & Hohenburgũ è regione Khremsij, uel Manterij. Porro prima legio cui Pertinax præfetus fuit, in Pannonia statua habuit, Ad iutrix cognominata.

L. Seuerus Septimius Viennæ sedẽ tenuit.

ses

fes sub Commodo, & post Pertinacem in Carnunto uicino Viennæ nostræ loco (ut Spartianus refert) à Germanicis legionib. subintellige decima, & decima quarta, in imperatorem sublimatus est. Quod ipsum ista quoque Herodiani uerba demonstrant: Præerat autem Pannoniis uniuersis (nam unius regebantur imperio) Seuerus quidam genere Afer, uehemens homo negotiis gerendis, ac ferrox, uitæq; insuetus duræ & asperæ, promptus excogitandis, acer exquirendis rebus. Qui postquam Romanum principatum pendere sublimem, quasiq; direptui expositum uidet, alterum quidem ut desidem, alterum ut parum efficacem contemptui habuit. hæc ille. Quibus & hoc supra cætera repertū monumentū subscribit,

Monumentum
Seueri Septimij
in Austria.

IMP. CAESAR
L. SEPTIMIO
SEVERO PIO
PERTINACI
AVG. ARABIC.
PARTHICO
MAXIMO

Cæterorū Augustorū
in Austria habitatio.

Locus ex Ammiano de
Valentiniano primo,
regiam & sedem in Pannonia
superiori tenente.

Alpes Iulie hodie
Canalgebürg & Teruiß.
Trans Danubium
in Quadorum terris,
ubi hodie est Austria
ulterior, & Morauia.

Ac quanquam satis erat, tot imperatorum Viennam habitatio-
ne cōmendare, plura tamen possemus de Alexandro, Maximino,
Philippo, Galieno, Aureliano, & Probo, in hanc sententiam digna
memoria commemorare, quod et hi Augusti loci Viennæ amœ-
nitate capti, multam in Norici Pannoniæq; collimitiis commora-
tionem fecerint: quæ multis sunt à Lampridio & Vopisco uerbis
perscripta. De Valentiniano tamen primo libuit, antequam co-
lophonem capiti imponamus, locum unum ex Ammiano Marcel-
lino adnotare. Dum hoc puluere (inquit) per Mauritaniam dux an-
tedictus anhelat, & Africam, Quadorum natio mota est insultu re-
pentino, parum nunc formidanda, sed immensum quantum ante-
hac bellatrix & potens, ut indicant properata. Quoniam raptim
obsessa ab eisdem ac Marcomanis Aquilegia diu, Opitergiumq;
excisum, & cruenta quàm plura per celeres acta procinctus, uix re-
sistente, perruptis alpibus Iulij, Primicerio, quem antè docuimus,
Marico. Et erat, ut barbaris, ratio iusta querelarum. Valētinianus
enim studio muniendorum limitum, glorioso quidem, sed minimo
ab ipso principatus initio flagrans, trans flumē Istrum, in ipsis Qua-
dorū terris, quasi Romano iuri iā uendicatis, ædificari præfidiaria
castra mandauit, hæc Ammianus. Ex quibus apparet, Cæsarem
Valentinianum in Sclēsia & Morauia, nec non Austriæ portione
ulteriori, monumenta quædam ad arcendas Teutonum incurso-
nes fuscitasse: ac (quod uerisimile) in ripa Viennæ obtensa, eoq;
in loco ubi Vienna nostra sita est, multo commoratum tempore
fuisse. Quod inscriptio quoque quæ Viennæ extat, in hunc sensum
corroborat:

D.D.D.N.N.N.VALENTINIANI VALENTISE ET GRACIANI
PERENNIVM AVGVSTORVM SALVBERRIMA IVSSIONE
HVNC BVRGVM AFVNDAMENTIS ORDINANTE VIRO
CLARISSIMO EQVITIO COMITE ET VTRIVSQ. MILI
TIAE MAGISTRO, INSISTENTE ETIAM LEONCIO. P.P. MI
LITES AVRELIANES LAVREACENSES CVRAE EIVS COM
MISSI, CONSVLATVS EORVNDEN DOMINORVM AVGV
STORVM PRINCIPVMVE NOSTRORVM TERTII AD SVM
MAM MANVM PERDVXERVNT PERFECTIONES.

Monumentum
de Valentinia-
no Cesare Vi-
ennae.

Atq; hæc de imperatorib. his, & Augustis, qui Danubij limitem
isthic tuebant, aduersus barbaras gētes Teutonū Sarmatarumq;
dum Romanorū adhuc in integro fortuna erat. Quæ simulatq; la
befactari, et in angustias redigi tandē occēpit, Valentiniano tertio
imperāte, Theodosij iunioris filio, & apud Græcos Leone Isauro re
rū potito, barbaricis gentib. tum præda relicta, opulentissima ciui
tas & celeberrima fuit. Quam Hunni primū omniū duce Athila,
& Gothi ductorib. Theodemiro, Vuidimiro, & Vualamiro, dein
de uerò Heruli & Rugi occuparunt. Quib. profligatis, Longobar
di, & (postquam hi in Italiam à Narsete fuissent traducti) Gepidæ,
Auares, ac demū Hungari, Vindobonnā, siue Fabianā iam in rude
ra recidentem, simul cum omni Pannoniarū & Norici agro proxi
mo inhabitauere. Qui etsi fœda barbarie, nobilissimæ urbis splen
dorē obfuscarint, regias tamen suas, eo potissimū loco (amœnita
te, ut credo, loci ducti) usq; tenuere. Quod de Gothis facile ex Iord
nande apparet, cuius hæc sunt uerba, cum mortē Athilæ descripsis
set: Gothi uerò cernentes (inquit) Gepidas Hunnorū sibi sedes de
fendere, Hunnorūq; populū suas antiquas occupare sedes: malue
rūt à Romano regno terras petere, quàm cum discrimine suo inua
dere alienas, accipiētes Pannoniā, quæ in longa porrecta planicie,
habet ab oriente Moesiam superiorē, à meridie Dalmatiā, ab occa
su Noricū, à Septentrione Danubium, ornata patria ciuitatib. plu
rimis: quarū prima Sirmis, extrema Vindobonna. hæc ille. Et ite
rū, cum Theodemiri Gothorū regis, Theoderici Bernēsis illius pa
rentis, cum Chunimūdo Sueuorū & Alemanorum rege (qui tum
mediterraneū Noricū, hoc est, Charinthiā & partem Styriæ in colu
erat) gestū bellū describeret: Quiescente uerò tandem, ait, Hunno
rum gente à Gothis, Chunimūdos Sueuorum dux, dum ad depræ
dandas Dalmatias transit, armenta Gothorū in campis errantia de
prædauit, quia Dalmatijs Sueuia uicina erat, nec à Pannonijs mul
tū distabat, præsertim ubi tunc Gothi residebant. Quid plurimū:
Chunimundo cum Sueuis, uastatis Dalmatijs ad sua reuertente,
Theodemir germanus Vualamiris regis Gothorū, nō tantū iactu
ram armentorū dolēs, quantū metuens ne Sueui, si impunè hoc lu
crarent, ad maiore licentiā profilirent: sic uigilauit in eorū transitu,

Austria præda
relicta barba-
ris nationibus
simul cum Vi-
enna.

Barbaricorum
regum & na-
tionum habita-
tio Viennæ.

Locus Iord-
nandis de Go-
this.

Gothorum re-
gum habitatio
Viennæ consti-
tuta.

Intelligit Sty-
riam, in qua
Sueui habita-
bant.

F ut intem-

ut in tempesta nocte dormientes inuaderet ad lacū Peisodis. cōser-
toq; inopinato praelio, ita eos oppressit, ut etiam ipse, rege Chuni-
mūdo capto, omnem exercitū eius qui gladium euasissent, Gotho-
rum subderet seruituti. Hæc ille. Ex quibus uerbis liquet (ut hic
dicit, Sueuorum terræ & Dalmatiam & Thepdemiri in Panno-
nijs ditionem uicinas ac contiguas fuisse) praelium hoc in uicinia
Norici ac Pannoniæ superioris contigisse, ad lacum uidelicet Peiso-
dem, cuius & Plinius lib. 3. cap. 29. in Norici uicinia post superioris
Pannoniæ municipiorū enumerationem, mentionem facit. Hunc
lacū in hanc usque ætatem, sexto à Vienna Hungariã uersus millia-
rio, aliud à Sidunis Germanica natione nomē accepisse cernimus:
qua de re nostri hunc homines Neusidlersee appellant. Sidunorū
uerò Ptole. in opposita Pannoniæ ripa, inter Marcomanos & Cho-
tuaros obiter meminit, ut ratio etiam sit, à Pifone fortè, perinde ut
proximū oppidum (quod Pisoniū, & barbarè Pofonium uocant)
hunc denominatū lacū fuisse: quod & monumenta in uicinia reper-
ta demonstrant. Fuit autē Lucius Pifso Pannoniæ præfectus, & cu-
ius opera Augustū & Tiberiū Pannonos et Noricos subegisse, Flo-
rus ex Liuiō, & Cor. Tacitus lib. 3. authores sunt.

Lacus Pisonis
Neusidlersee.

Lucij Pisonis
monumenta in
collimitijs Au-
striæ & Hun-
gariæ.

VICTORIAE AVG. NN ET

LEG. I AD P. I. ANTONINI:

P. MARCVS D. SEXTIANVS

EPHESQ PP. DD.

DEDICANTE EGNATIO

VICTORE LEG. AVG. C.

PR. PR.

E. C. L. PISONE

Herulorū re-
gum habitatio
Viennæ consi-
tuta.

Locus de He-
rulorū in No-
rico ripensi re-
gibus, ex Pau-
lo Diacono.

Atq; de Gothorū in Pānonia superiori (ac quantū cōiectura ad se
quiliet) Viennæ regia cōstitutata, imperijq; sede, hæc ferè ex proba-
tis historijs. Quam manifestius postea, Herulorū reges Fabianis,
hoc est Viennæ cōstitutatā habuisse, præter Diaconi Varuefridi gra-
uissimā autoritatē, quæ est lib. 1. cap. 19. diui Seuerini à nobis re-
perta historia, utpote Pannoniæ Noricocq; apostoli, satis coarguit,
Rugorū siquidem rex (inquit) nomine Flactitetus, in ipsis regni sui
cœpit intrare primordijs, habēs Gothos ex inferiori Pannonia ue-
hementer infensos. Cui Varuefridus addit (ut intelligamus in No-
rici Pannoniæq; superioris cōfinib. hunc Herulorū regem sedē re-
gni tenuisse) His tēporib. inter Odoacar, qui in Italia per aliq̄t iam
annos regnabat, & Felethēū, qui & Fethia dictus est, Rugorū regē
magnarū inimicitiarū fomes exarsit, qui Felethæus illis diebus ulte-
riorem Danubij ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Da-
nubius separat. Hæc ille. Ac nisi Fabianæ nominatim diui Seue-
rini historia mentionem faceret, isthic & Felethæum & Frideri-
cum Herulorum ac Rugorum reges habitasse, ac suis in Norico
gentibus

gentibus imperitasse, dubium fortasse cuiquam uideri posset, istud quod modo de Viennæ celebritate, ac barbaricarum gentium ibi imperij sede constituta, præfati eramus. Sed libet loca ordine ad rerum fidem examinare. Felethæus quoque rex (inquit) qui & Fethia, memorati filius Flactiteti, paternam sequutus industriam, sanctum uirum cœpit pro regni sui frequētare primordijs. Hunc coniunx feralis & noxia, nomine Gisa, semper à clementiæ remedijs retrahebat. Hæc ergo præter cætera iniquitatis suæ contagia, & rebaptizare quosdam est conata Catholicos. Sed ob sancti reuerentiâ Seuerini, non consentiente uiro, à sacrilega quanto cyus intentione defecit: Romanos tamen duris conditionibus aggrauabat, quosdam etiam Danubio iubebat abduci. Nam cum quadã die, in proximo à Fabianis uico aliquos ad se transferri Danubio præcepisset, uilissimi scilicet ministerij seruitute damnandos, dirigens ad eam uir Dei, ut eos dimitteret, rogabat. Et rursus alibi eiusdem historiæ author: Felethæus Rugorum rex, qui & Fethia, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbaricos euaserant gladios, Laureacum per Dei famulum se contulisse, adsumpto ueniebat exercitu, cogitans repentè detentos abducere, & in oppidis sibi tributarijs atque uicinis, ex quibus unum acceperat Fabianis, quæ à Rugis tantūmodo dirimebantur Danubio, collocare. Et iterum de huius Felethæi filio Friderico sermonem instituens. Præterea Fridericus (inquit) à fratre suo Rugorum rege Fauia, ex paucis quæ supra ripã Danubij remanserant oppidis, unū accipit Fabianis iuxta quod S. Seuerinus (ut retuli) commanebat. hæc ille, & plura. Ex quib. nemo nõ intelligit, & Flactitetū, & Felethæū filiū, et Fridericū nepotē, sedē regni Fabianis oppido, in Norici ac Pannoniæ confinibus, tenuisse: cuius rudera in nostra Vienna renouata, ac in eã qua cernitur formam sublimata fuisse, docuimus. Quod multis possemus de Thatone & Albuino Longobardorum regibus, itemq; Chunimundo & Thrasimundo Gepidarum, Chagana ac Chaba Auarum regibus, testimonijs partim Annaliū fide dignis, partim qui ea de re scripserunt historicorum, corroborare: quæ ne tedium lectori accersant, consultò omisimus. Atq; inde factum credo, ut tot principum sarcophagos, nostræ gentis annales, etsi uanæ, in Viennensis urbis situ positos fuisse, iam inde ab initio rerum ad seuererēt: Tathaym, Magais, Mannonis, Limanis, Tamtonis, Zymonis, Peymonis, Saptanis, Salandi, Laptanni, Rantani, Montani, Rattani, Attalani, Rabani, Nabani, & horum nominum barbaricorum & confictorum plurium. Quos omnes & Viennæ, ante aliquot milia annorum, & in portis ipsis tumulatos, fabulose prodūt: cum crebram nominis tituliq; mutationem terræ proximæ indidissent, (ut ipsi nugantur) Judaisaptæ, Auratym, Sauritz, Mittenans, Pannans, Filan, Carafanæ, & Corodantiæ. De quibus cum fabulas refe-

Loca ex historia diui Seuerini de Herulorum sede Viennæ constituta.

Fabiana ad Danubij ripã proximo Norico.

Longobardorum Gepidorū et Auarum reges Viennæ sedem imperij habuerunt.

Fabulosi principes Austriæ, quorū sepulturae Viennæ esse, ab annalibus traduntur.

Fabulosa ac conficta nomina Austriæ.

rant, dicere superfedeo. Atque ab eo tempore, quod fuit Iustinia-
 ni imperatoris ætate, anno Salutis nostræ quingentesimo & quin-
 quagesimo, usque ad diui Lupoldi Austriae Marchionis seculum,
 annum uidelicet à nato Christo currentē millesimū & centesimum,
 quingentis & paulo pluribus intercidentibus annis, solo æqua
 tam planè Viennam nostram, atque intra uepres uix rudera Fabia-
 nae ueteris conspicuam fuisse, cum alia multa coarguunt, tum
 uerò maxime diuorum Caroli magni & eius filij Ludouici Pij,
 quæ in uetustioribus Austriae cœnobijs supersunt prærogatiuæ
 testantur. Quæ cum locorum huius Prouinciæ, qui nostra
 memoria planè sunt ignobiles, mentionem faciant (ut Tulla-
 nae, Artagranae, Symburgi, Saxinae, Ceissenmuri, Trebensee,
 Vuachouue, Camenburgi, Chunig, Hohesteten, Aspach, &
 Rœde) nullum tamen, quod equidem sciam, aut de Vindobon-
 na, aut Fabiana, aut Fauiana, Flauiana uel, aut denique Vuien-
 na, uerbum subiiciunt: cum fluuios tamen, montesq; eorumq;
 nomina, quæ adhuc in Austria extant, recenseant, hoc est, Nar-
 dini, Pielagi, Drasamae, Anzinesbache, Erlaphi, Lytahæ, Co-
 mageni, & Vuachouue. Sed nec aliæ meminere literæ, quæ
 recentiori seculo ab Ottone primo circa annū Domini noningēte-
 simum octuagesimum octauum, cuidam Engelrico, cum orien-
 talis prouinciæ ditione, eoq; titulo concessæ sunt, ut Drasamae
 clausuram, hoc est Cecij montis iuga, per quæ Drasama fluit,
 aduersus quotidianas Hungarorum eruptiones tueretur. Et
 quo eorum, qui hæc tempora consequuti sunt, annorum rectè
 numeros colligam, in Austriae Principum scrinijs literæ uetu-
 stissimæ supersunt, à diuo Henrico Cæsare, anno Domini M. II.
 & Cunrado eius nominis secundo, anno Salutis MXXXI, pri-
 mis Austriae Marchionibus, Henrico & Alberto, cum certis
 quibusdam prærogatiuis concessæ: in quibus ignobilium mul-
 torum locorum nomina adscripta sunt, Vienna aut Fabianis pla-
 nè omissa. Quæ res facit, ut uulgaribus ea in re aliquid anna-
 libus tribuam, qui domum multo tempore uenatoriam in ru-
 deribus Viennæ extitisse, ubi uenationi eorum locorum domi-
 ni operam dare solebant, adfirmant. Postea uerò à primis Au-
 striæ Marchionibus (quos ea ætas Orientales appellauit latinè,
 Germanicè die Margrauen uon Osterreich) hominum conuen-
 ticulum adiectum fuisse, qui suis heris in uenatione adlisterent.
 Itaque quod uerè ex Annalium uetustissimorum diarijs repetere
 licet, diui Leopoldi tempestate, & his quæ postea tempora sunt
 consequuta, ab anno Domini scilicet MC. usq; ad annum ferè MC-
 LXXX, prædium Fabianam, hoc est Vuiennam appellari, in cœno-
 biorū prærogatiuis reperio, ut paulo antè ex fundatione cœnobij
 Scotensis ostendimus. Prima uerò diuo Iohanni baptistæ, diuisq;
 martyribus

*Vienna deserta
 & solo &
 quata quam-
 diu fuerit.*

*Prærogatiua
 & literæ à se-
 culo Caroli
 magni usq; ad
 Ottonis tertij
 imperium, nul-
 lam Vuiennæ
 aut Fabianæ
 mentionem fa-
 ciunt.*

*Domus uena-
 toria in Fabia-
 nae rudibus
 multo tēpore.*

*Quaratione
 & quando in
 rudibus Fabia-
 nae Vuienna
 paulatim ite-
 rum creuit.*

*Vuienna præ-
 dium Austriae
 Marchionum.*

matyribus Geruasio & Prothasio posita templa, anno adhuc à nato Christo quadringentesimo & septuagesimo, ex diui Seuerini à nobis reperta historia liquet. Quem uirum (ut postea docebimus) post diuos, Quirinum, Maximilianum, Florianum, Martinum, apud Pannonos & Noricos salubria Christianæ doctrinæ præcepta diffudisse, & in Fabianis nouam episcopalem sedem, Laureacensi ueteri ac metropolitana in Norico ripensi subiectam: extra Fabianæ uerò muros sub Comageno monte, & in ipsa Danubij ripa, cœnobium eorum item locorum primum excitasse constat. Quibus omnibus postea Longobardorum & Auarum immigratione demolitis, & in cineres redactis, anno Verbi incarnati DCXXXIII. diuus Rudpertus, cum Noricorum regem Theodonē Christo uendicasset, & ueterē Iuuaiensem sedē (in qua diuus Maximus quondam uitæ sanctimonia fulgebat) collapsam tamen eadem qua Fabianam Patauiensem & Laureacensem ratione, postliminio restituisset, ad Auares in Pannoniæ & Norici confinia Cunaldum & Gifalaricum quendam uerbi diuini doctores transmisit: id quod & in Carnis ac Noricis mediterraneis ad idem Christi ouile reducendis, fecit, missō Doningo quodam discipulo suo, qui oues isthic multo tempore deperditas, ac iam dispersas recolligeret. Fuit que ea à diui Rudperti successoribus, episcopis Iuuaiensibus, semper obseruata consuetudo, ut omnes ingenij neruos intenderent, & in Christo conciliandis Auaribus Sclauinisq; (qui utrinque populi adsidebant) omne tempus studiumq; ponerent.

Ioannem itaque legimus (qui sub Pipino Francorum rege Iuuaiensi ecclesiæ præfuit) Virgilium & Sodomum quendam presbyteros, & in doctrina Christi apprimè instructos, urgente diuo Bonifacio Moguntino Noricæ ecclesiæ *καθηγουμένου*, ad Auares & Sclauinos dimisisse, quorū hi in Norico mediterraneo, illi uerò in Pannonijs colebant. Sic Virgilius, qui Ioannem in Iuuaiensi cathedra sequutus est, ad Sclauinos in Carnuntum, Maioranum diaconum, & Modestum, Soluensem isthic postea episcopū: ad Auares uerò in Pannoniam, Haymonem & Regebaldum direxit. Quem imitati, qui post hæc tempora sequuti sunt Iuuaienses, qui postea Saltzburgenses episcopi dicti sunt, Arnus sub diuo Carolo magno, hac in re Theoderici cuiusdam opera est usus: Adalramus, qui successit Arno, Ottonis cuiusdam: & Adalbinus, Osualdi: quos omnes in uetustioribus à me repertis annalibus Auarum & Sclauinorū episcopos nominari animaduerti. Legitur & Ratfridus apud Fabianam in Norico sub Arnulpho Cæsare episcopus fuisse. A quorum uno (quisquis tandem ille sit) diuo Rudperto tertium in Fabiana consecratum dubio procul templum fuit, quod etiam uulgares nostræ gentis annales primum positum testantur his uerbis:

Prima in Fabiana templa diui Ioannis & sanctorum Geruasij & Prothasij. Diuus Seuerinus monasterium & sedem episcopalem in Fabiana constituit.

Diuus Rudpertus apostolos in Austriæ tractum ad Auares quos miserit.

Apostolus Charinthiæ à diuo Rudperto datus.

Salisburgenses episcopi religionem in tractu Austriæ, Charinthiæ, styriæq; collatam, resuscitarunt.

Modestus episcopus ad diuam Virginem in Solio Charinthiæ, qui postea episcopus Gurkhium est translatus ab Gebharo episcopo Iuuaiensi.

Sclauinorū & Auarū episcopi in Pannonia.

Diui Rudperti templū Vienna positum quando, & à quo.

Rhythmica
ex
annalibus Au-
striae uulgari-
bus de diui
Rudperti tem-
plo.

Des mecht er doch gern sein
Er stiftete ain wenig Stetelein/
Das hieß er Savianna
Seyt ward es umbmauret da/
Vnd ward Vienna genandt
Die ward so weyten erkhandt/
Darnach ward es also gestalt
Das sy tham in der Christen gwaldt/
Seyt nach des hayden dott/
Als es der liebe Got gebott.
Da sassen die Christen vnd trachten
Wie sie ain thirchen gemachten/
Da Gott wurde ine geerdet
Vnd auch sein lob gemerdt.
Da sprach der weisist vnter in/
Ir Herren ir hört mein syn/
Mit hulden ich es sprechen sol
Die thirchen leyt nindert so wol/
So gegen dem werde auff der hayde
Da hat sy schon angen wayde.
Die red begund in allen
Villrechte woll gefallen/
Do ward die grunduest gegraben
Vnd auch die thirch schon erhaben/
Vnd ward geweicht also here
In sand Ruprechts eere.
Als sy noch heut ist Bethant
In Wienn sy die pfar war genandt.

Diui Rudper-
ti templum ter-
tium positum
Viennae, et
quo in loco.

Huius historiae
meminit Egin-
hartus.

Quartū intra
Viennam diuo
Petro à Carolo
magno positū
templum.

Vetustiores
Austriæ Mar-
grauis, siue li-
mitis Auarici
custodes à Fra-
corū et Boio-

Extat adhuc istud diui Rudperti sacellū potius quā templum, nostris ædibus in foro Pini proximū, quod (ut legimus) Georgius ab Aursperg ex Carniola nobilis, ruinosum, & penè uetustate collapsum reparauit anno Domini M. CCCCXXXVI. Quæ res argumento est, quo tempore hæc diuo Rudperto ædes dedicata ac posita fuerat, adhuc uillæ uel prædij angustias Fabianam, siue ut postea appellata est, Vuiennam tenuisse. In qua Carolus magnus postea, Chaba Auarum rege debellato, & altero Chabeano nomine Auarum satrapa, ad Christi religionem suscipiendam persuaso, tractuq; illi inter Sabariam & Carnuntum distincto, diuo Petro quartum iam sacrum phanum adiecit, anno ferè à Dominica incarnatione octingentesimo, quod in hanc usque ætatem uetustate non minus quā diui Rudperti conspicuum est. Atque ab eo tempore regiam Viennæ, adhuc uillæ angustijs conclusæ, Francorum regum Boioariorumq; duces militares, siue marcharum, id est limitum custodes, quos Margrauios dicimus, tenuisse uerisimile est, Vualarium, Grifonem, Albertum, Harduicum, Geroldum, Theodericum, Gotofridum, Lindeuicum, Michelinum, Gerholtum, Balderichum, Sigehardum, Ratoldum, & Rudigerum cognominatum

natum à Pachlarn, usque ad Henrici primi imperium, & annum à nato Christo currētem noningentesimū & octuagesimum. Quorum etsi nostræ gentis & recepti annales non meminerint (fabulosa pro his nomina nescio quorum subijcētes) eorum tamen crebra in prærogatiuis cœnobiorū, scriniorumq; Austriæ, ac Diuorum à nobis repertis historijs Caroli magni, Ludouici Pij, Caroli Crasfi, Ludouici secundi, Carolomanni et Arnulphi, mentio occurrit: ut uel inde Chronicorum nostrorum nugas deprehendas. Cæterum Othonum auspicio, Hungaris ex Norico & Pannonia superiori profligatis, ac horum regibus Toxi & Geysa ad Melicum uictis, Albertus & Lupoldus Babenbergenses comites cum Marcham orientalem, hoc est (ut historico et Romano more loquar) limitem Danubij orientalem tutandum suscepissent, ab horum progenie et posteris paulatim cætera diuorum templa surrexere: tot tantisper ædificijs adiectis, donec ad postremū, circiter annum Domini millesimum centesimum & quinquagesimum, nouum omnibus sanctis dedicatum templum, & ab Henrico eius nominis primo duce Austriæ, & aliud diuæ Virgini extra mœnia oppiduli Fabianis sacrum, religiosorum conuenticulo adiecto, & amplis donatiuis ac cumulato, excitatum fuisset, quod hodie intra urbem uisitur, & Scotense appellatur, (quod Scotorum ad terram electionis peregrinantium subsidio id dedicasset.) Quæ res duces eius terræ mouit, ut suam quoq; regiam, quam antea in Melico, Garzio ac Galenbergio habuerant, eò deinceps hoc est in Fabianam transferrēt: quam cœnobio nouo diuæ Virginis proximam cōstituere. locum incolæ in hanc usque diē, ab aulæ nomenclatura gentilitia Amhoff dicunt: ubi hodie amplissimum forum est, in quo panificia, cæcriq; uenale s exponunt: & quæ nostræ urbi à principibus concessæ nondinæ sunt, isthic expediuntur. Proinde sedes regia, ut iam inde ab initio Fabiana siue Vuienna nostra erat, ita pristino recepto honore deinceps mansit, uel repetijt amissam, simulatq; eam prærogatiuam amississet, à Longobardorum immigratione, anno quingentesimo & uigesimo. Quanto in ruinis tempore, contempta Vienna, & nullo principum loci fuerat usu. Hac igitur de causa, atque ista tempestate, pristinae dignitati restitutum celeberrimum & uetustissimum municipium, Principum deinceps suorum præsentia ac cohabitatione, non ædificiorum modo incolarumq; numero, sed opibus præterea ita creuit, ut omnes Prouinciæ seu Marchæ, id est limitis orientalis ciuitates facile uinceret. A quo tempore rursus, anno labente à Christo nato millesimo centesimo & nonagesimo, à Lupoldo quinto hoc nomine, & dignitate secūdo duce Austriæ, Asiæ spolijs ditato, & magna comparata re à Richardi Angliæ regis captiuitate (quæ isthic in libera custodia habuit) diuæ uirgini ædes cōstructa fuit, quam rotundā uocabāt (ubi postea Dominicani collo-

ariorum regibus in Marcha orientali, quæ postea Austria dici capta est, positi.

Comites Babenbergenses Austriam seu do adepti.

Quintum & sextū templa Viennæ cōduntur, omnibus sanctis et diuæ Virgini, anno 1150.

Monasterij Scotensis fundatio.

Babenbergenses Comites Austriæ, siue orientales Marchiones, regiā suā Viennam transfulerunt.

Locus ueteris regie diui Pangracij sacello proximus, à quo proximū forū nomē retinuit Amhoff.

Quando regia siue ducalis sedes iterū Vuiennā translatus sit.

Diuæ Virginis Rotundæ septimū templum.

Diui Iacobi octauum templum.

collo-

Diui Iohannis
duo templa, de
cimum & un-
decimum.

Quorū princi-
pum auspicio
Vienna creue-
rit.

Laus Vienna
& magnificen-
tia.

collocati sunt) & diuo Iacobo facellum positum fuit. Veteres
tum quoque credendum est, diui Iohannis baptistæ, iam ante an-
nos ferè octingentos collapsas, à militibus Hierosolymitanis &
Rhodiensibus binas non renouatas modo, sed à fundamentis posi-
tas basilicas fuisse. Is quoque Austriae dux Lupoldus re familia-
ri acriter, nominisq; encomio ex Asiatica expeditione haud uulga-
ri comparatis, Angliæ regis capti accedente liberatione, nouæ, uel
potius renouatæ urbis Vuiennensis pomeria promouit, ac aliquot
mille ædibus adiectis (quæ nouis mœnibus conclusit) Vuiennam
eiusq; oppidanos haud minimum euexit. Quem imitatus filius
Leopoldus hoc nomine sextus, cuiusdā Theoderici studio (quem
in maximis rebus, & maxime necessarijs princeps habebat) breui
congestu copiarum, ita ciuitatem Vuiennensem fertur locuple-
tasse, atq; ad tantos paulatim processus ut peruenerit, occasionem
dedisse, ut uel opulentissimis Italiæ Germaniæ que ciuitatibus par-
esse tum cœperit, & multas hodie quoque uincere uideatur. At-
que hæc de regia, siue regni sede Vuiennæ ab Augustis primis con-
stituta. Quem morem imitati maiorum suorum, simul que loci a-
mœnitate capti recentiores etiam Augusti, qui ex Germania hæc-
nus annorum interuallo septingentorum, summæ rerum præfici-
untur, in eadem urbe nostra habitandi locum (quem Augusti co-
mitatum, Græci imperatores & Franci palatium uocabant) ma-
gna ex parte posuere. E' multis paucos enumerasse sufficiet. Henri-
cus tertius, quartus, & quintus, in magno illo ac diuturno aduer-
sus Hungaros suscepto bello, in Vuienna prædij adhuc uillæq; an-
gustias referente, ut loco ad Pannonicum bellum commodissimo,
constituti, & copias in aciem eduxerūt, & uniuersam inde belli mo-
lem administrarunt. Quos sequuti Fridericus secundus circiter an-
num Domini 1237. Rudolphus secundus, sub annum salutis 1284.
Albertus primus ab anno Domini 1310. Fridericus tertius, anno
1320. Sigismundus primus, anno 1420. Albertus secundus, Fri-
dericus quartus, ab anno 1454. Maximilianus, & nostra memoria
Ferdinandus, Cæsares & Augusti omnes Vuiennæ palatium, ac im-
perij sedem subinde habuere.

CAP. II. VVIENNAMPRI-
mum Christianæ religionis in Norico rece-
ptæ locum fuisse.



Catalogus mar-
tyrum & apo-
stolorum No-
rici & Panno-
niæ.

Alexandro Seuero rempublicam Romanam capeffente,
ut Lampridius est author, uel ut multi ex Eutropio &
Orosio arguunt, Philippo Cæsare post Gordianum im-
perante, & à Christiana pietate doctrinaq; haud alieno,
saluberrimæ traditionis fundamenta iacta fuisse apud Rhætos No-
ricos & Vindelicos existimo: diuo Quirino in Sacarbantia superi-
oris Pannoniæ urbe, Floriano quoq; diuo apud Laureacum No-
rici ri-

rici ripensis, Maximiliano apud Celeiam Norici mediterranei: Narcisso & Hilario, cum intemeratis uirginibus, Afra, Eunomia, & Eutropia, apud Augustam Vindelicum, pro Christi confessione grauissima tormenta perpeffis: quæ tempora non modo in Christianæ religionis, sed ipsius adeò Romanæ reipublicæ iacturam incidebant, Diocletiani, Maximiani Cari, & Numeriani per uniuersum orbē in Christianos persecutione defæuiente, & multorū pietatē impediēte. Qua de causa ne res Christiana periclitaret, in potioribus municipijs, et potissimum Romanis colonijs, clandestinos uerbi diuini doctores Christiani alebant, quos à diligenti animorum cura & perspectione Episcopos appellabant. In colonijs Vindelicæ & municipijs isti erant, Tiberinensis, Quintauiensis, & Patauiensis: in Norico ripensi Laureacensis, Ouilabensisq; in Norico mediterraneo, Iuuauiensis, Soliensis, Celeianus, Pætouiensis et Taurisanus. Quorum posterioribus seculis ob magna in rempublicam Christianam merita, à Romana sede Laureacensis metropolitani prerogatiuam, primatis legatq; per Germaniam, Galliam, Sclauoniam, Auariam, Morauiam, Pannoniamq; consequutus est. Quod postea intercedente hac diœcesi priuilegium Iuuauiensibus episcopis in Norico mediterraneo collatum fuit, inq; Iuuauensem & Moguntiacum subdiuisum. Itaque quamuis duarum istarum sedium præfules religionis quidem inceptæ in Norico Laureacenses, restitutæ uerò Iuuauenses autores extiterint, cōstat tamen obiter Vienne, & in loco Viennæ, hoc est apud Vindobonnam & Fabianam, Christianam doctrinam primum omnium esse diffusam à diuis Eleuthario & Quirino, utroq; Laureacensi episcopo, sub annum ferè à nato Christo CCL. Quorum Quirinus præterea apud Sisciam in Sauiripa, è regione ostij Colapis fluij (ut Strabo scribit) situm municipium, à Maximo urbis prætore captus, & Sabariam ad Pannoniæ præsidem missus est. Qui hunc in Pannoniam urbem (quo nomine Iordnandes Vindobonnam uidetur significare) duxit, & multo isthic tempore in arcta custodia habuit, donec ad postremum post multa tormenta Vindobonnæ, hoc est Viennæ accepta, Sacarbantiam, Sabariæ proximum locum, redactus esset. & cum sacrificare dæmonibus recusaret, morti condemnatus, in proximum riuum Sabariam (quem hodie Gunsium dicunt) præceps missus est. De cuius martyriopium carmen Prudentius poeta scripsit, quod incipit:

inter Carnuntū & Sabariā describit. Sabariæ nomē adhuc manet apud Hungaros, à quo proximū locū quem Sabarius fluius item (quē Gunsium dicūt) perfluit, uetustatis monimētis conspicuū, incolæ Scapping uocant, Sacarbantiæ siue Scarabantiæ nomine utcunq; expresso.

Quando episcopales diœceses in Norico & Vindeliciainceperint. Diœceses episcopales Vindeliciæ, Norici ripensis, & mediterranei.

Laureacenses metropolitani ius adepti per uniuersam Germaniam, Pannonias, Noricum & Galliam.

Iuuauenses episcopi, qui et Iuuauenses metropolitani, post Laureacenses.

Vienne religio Christiana incepta.

*Siscia rudera hodie sub ditio-
ne Austriaca in confinib. Styria, Hungaria, Sclauonia & Vuindorum, Marchæ, incolæ uocant Soşed. In quo loco uetustissimus erat episcopatus, cuius episcopi in primis Concilijs subscripserunt.*

Hæc ex diui Quirini à mereperta historia antiquissima, satis latine scripta, hodie adhuc Austriaci hunc diuum præ cæteris uenerantur.

Vindobonna urbs Pannonia dicta à Iordnande.

Sacarbantiæ meminuit in confinio Sabariæ, Ptolemæus,

Anton. & diuus Hieronymus, qui Sacarbantiam mediā

locū quem Scapping uocant, Sacar-

G Insignem

Siscia memine
re ad Sauū flu.
Ptolemæus,
Antoninus, Pli
nius libro ter
tio, capite 25.
Strabo lib. 5.
& 7. Velleius
Paterculus, &
historia tripar
tita. fuit enim
isthic antiquis
sima sedes epi
scopalis, quæ
multis postea
annis ab Hun
garis in proxi
mum locū Sa
grabiam est
translata.

Hæc ex histo
ria supradicta
diui Quirini.

Albertus &
Occarius oriē
tales Marchio
nes, siue Au
stria, sub Pipi
no rege, anno
Domini 746.

Diui Quirini
reliquiæ in Te
gernsee cæno
bio ad Oenū.

Diui Hippoly
ti cænobij in
Austria exor
dia.

Barbaræ gen
tes à Deo ad
uersus Roma
nos in Norico
et Pannonia de
seuientes, in
Christianos
excitæ.
Religio Chri
stiana quando
deserit in No
rico.

Insignem meriti uirum,
Quirinum, placitum Deo
Vrbis mœnia Siscia
Concessum sibi martyrem,
Complexu patrio fouent.
Hic sub Galerio duce,
Qui tunc Illyricos sinus
Vrgebat ditionibus,
Fertur catholicam fidem
Illustrasse per exitum.
Non illum gladij rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluuiialibus,
Gurges dum rapit, abluit.

Et quæ sequuntur plura: cuius corpus martyris à Christianis, qui per Pannonias & Noricū latebant, dam ex riuo collectum, & Romam transportatum fuit. Quod, multis intercedentibus seculis, à Zacharia pōtifice Romano, unà cum diui Hippolyti reliquijs, Alberto & Occario, limitis Auarici siue Pannonici comitibus, quos inde gentilicia lingua Margrauios Franci uocabāt, ob egregiam nauatam Romanæ sedi contra piratas maritimos operam, donatum fuit: eaq; occasione & tempore (quod sub Pipino Francorum rege contigit, annum circiter Domini, DCCXLIII.) iterum in terram institutione sacrosancta sua imbutam, diuus Quirinus redijt in recens constructo ab Occario, altero limitis orientalis comite, Saluatori in Tegernsee, haud procul ab Oeni ripa cœnobio, depositus, ubi adhuc hodie colitur: quemadmodum alter orientalis Marchæ custos, ut tum uocabāt, & p̄ses Albertus diui Hippolyti reliquijs in Norico ripensi non minoribus donatiuis accumulātū monasteriū suscitauit, qd adhuc diui Hippolyti nomine extra nemus Viennense, sexto à Vienna occidentem uersus miliario extat, ab Auaribus non semel destructum, & toties ab episcopis Patauiensibus (quorum hæc est diocesis) restauratū. Postea cum tot martyrum sanguine polluta collimitia Norici ripensis & Pannoniæ (ubi Viennæ nostræ situs est) tot insuper barbaricarū nationum, Hunnorū, Gothorum ac Herulorū, post felicia illa & uerè aurea susceptæ religionis tempora, à Deo nimirū iniuriæ uindice excitatarum, immi gratiōe defœdata ac penè deserta reddita fuissent, pietas Christiana simul cum Romana profligata ditione fuit. Quā cladē iacturæq; nō tã Romani imperij (qd tū ruinā minabat) quàm orthodoxæ ac saluberrimæ fidei, misertus Seuerinus Rauēnatensiu urbis archiepiscopus, simul à Gelasio Romano tū pōtifice adhortatus, suscepto lōgo & periculoso in Pannoniā ac Noricū itinere, ad sacrosanctā Christi doctrinam

doctrinam gentibus tradendam, Viennæ nostræ (ut tum à cohortis ueteris statuis sub decima legione in Vindobonna merentis, Fabiana appellabatur) fertur iterum situm commoditatem que elegisse. Quod in ipsis uidelicet utriusque prouinciæ cum posita Fabiana cōfinibus esset, hinc quidē in Noricū ad Herulos & Scyros, illinc uerò in Pannoniā ad Gothos persuadēdos, uia et opportunitatē ostenderet. Itaq; Felethæo Rugorū & Herulorū rege Christo uendicato, mox in Fabianis diuo Ioanni baptistæ, nec non Christi fortissimis martyrib. diuis Geruasio & Prothasio, partim suo, partim Herulorum principis sumptu, sacras ædes posuit: & episcopalem in ea sedem, cui Mamertinum tribunū militum præfecit, constituit. Ipse sibi extra mœnia Fabianæ ad Danubij ripam sub Comageno monte (quem Græci quondam à fructu quercus quo abundat Cecium, et ab incolis Celticas Galatarumq; alpes uocabant, unde adhuc eum nostri Galenbergium gentilitio sermone dicunt) cellam construxit, quod postea in monasterij amplitudinem surrexit, à Lōgobardis haud ita multo post, simul cum Christiana religione Herulorumq; imperio destructum. Vnde tanquam ex equo illo Troiano, proximis locis, (in quibus recens fidei fundamēta posuerat) episcopos & uerbi diuini doctores dedit, Cōstantium Laureaco, Maximū Iuuauia, Lucillum Batauis castris, Moderatum Ouilabensi coloniæ (ubi hodie est Lambacense monasteriū in Austria) Syluinū Quintianis castris, Tiberinis uerò apud Vindelicos Paulinum quendā. Ipse quoq; legitur diuus Seuerinus ex monasterio suo Fabianensi (qd haud procul à Vienna fuerit oportet) frequentius suscepto & longo itinere, partim ut recens recuperatas Domingentes in fide confirmaret, partim uerò ut discipulorū suorū exempla emēdaret, eaq; diuino numine ad traditionem salutarem accenderet, sæpe Batauiam in cōfluentibus Danubij & Oeni positam adijisse: hinc uero ad Vindelicos, nunc in Quintiana castra, nūc uero Tiberina profectum, & ubi Domini præcepta salubriter expediuisset, Danubij nauigatione in monasterium suum Fabianense, quod centum & pluriū milium passuum aberat interuallo, rediisse. Quæ omnia in Viennam nostram haud pessimè conuenire uidentur, ut pote in quam quadraginta paruorum miliariorum interuallo itinereq; ex Patauia nauigatur, hoc est centū & sexaginta millibus passuum. Ut appareat, Viennæ nostræ primam eorum locorum metropolitanam sedem fuisse à diuo Seuerino positam, circa annum nostræ salutis quadringentesimū & sexagesimum octauum. Quæ postea, Friderico Herulorum rege Christianam pietatem exuente, & Longobardis in Herulorū perniciem partim à Deo opt. max. partim uerò à Iustiniano Cæsare (ut Procopius scribit) excitis, Lauream, locum in Norico ripensi uigesimo quinto milliario à Vienna occidentem uersus remotum, à Symmacho pontifice Romano

Diuus Seuerinus Viennæ constituit sedem metropolitanam, & inde ceteris locis episcopos dedit.

Primus episcopus Viennensis, anno Domini 470.

Monasteriū à diuo Seuerino extra mœnia Fabianæ positum.

Ex monasterio Fabianensi diui Seuerini omnes Norici episcopi processere.

Extant Quintianorū castrorum supra Batauiam in pago khüntzingē sicut Tiberinorū in pago Peringen, haud procul à Dingelfingen Bauariæ.

Hæc ex historia diui Seuerini.

Metropolitana sedes Viennæ anno 468.

*Sedes metropo-
litana e Vuie-
na trāslata fuit
Laureacū, cu-
ius hodie rude-
ra in Enfio Au-
striae extant.*

*Locus ex anti-
quissimis anna-
libus de Theo-
doro episcopo
Laureacensi.*

*Episcoporum
Laureacensiu
studiu in religi-
one Christia-
na.*

*Epistola Za-
chariae Papae
ad Vnilonem
episcopū Lau-
reacensem.*

*Diuisio Bava-
riae in quatuor
episcopales
dioceseis.*

*Vnilo episco-
pus Boioario-
rum in Laurea-
co.*

*De ordinatio-
ne sedium epi-
scopaliū Ba-
uariae.*

circa annum uerbi incarnati quingentesimum, translata fuit: Theo-
dorico quodam in Laureaco archiepiscopo, & totius Germaniæ,
Pannoniæ, Norici, Sclauonię, Auariæ, Galliæ, Rugorum, Gepida-
rumq; primatē inaugurato. De quo in antiquissimo annalium co-
dice, qui Pontificum Imperatorumq; uitas usq; ad Henricum secū-
dum Cæsarē (quem sanctum dicunt) comprehendit, hæc adscripta
Symmacho uerba legimus. Huius Symmachi temporib. Theodo-
rus extitit Laureacēsis archiepiscopus, quē idē Symmachus pallio
donauit, & per omnē Germaniā, totāq; Galliā, Moymariāq; Mo-
rauiā, Rugorū quoq; Gepidarūq; prouinciā, & gentē Pānoniorū,
Moesiarumq; & omniū Sclauorū prouincias primatē & prædica-
torē firmavit & corroborauit. Hæc ex antiquo annaliū codice. Cō-
tigit uerò hoc, anno Domini 497. quo Symmachus Romanæ fe-
di tempore præfuit. Nec aliud cæteris, qui hæc sequuti sunt tem-
pora, Laureacensibus archiepiscopis, quā dilatandæ Christianæ
religionis studiū fuit, Sidonio inq; Peregrino & Vniloni, qui sub
Pipino rege Frācorū & Odilione Boioariorū duce floruit. Ad quē
Zacharias pontifex maximus epistolā dedit, de quatuor in Boioa-
riorū terra apud Vindelicos parrochijs siue dioceseib. cōstituēdis,
in hanc sententiā. Dilectissimo nobis Vniloni, sanctę ecclesię Boio-
ariorū episcopo, Zacharias papa. Domino cooperante & sermo-
nem cōfirmante ad dilatandā Christianitatis legē, & orthodoxę fi-
dei tramitē, ad docendū iuxta qd prædicat sancta hæc Romana (cui
Deo autore præsidemus) ecclesia, innotuit nobis sanctifs. & reue-
rendifs. frater, & coepiscopus noster Bonifacius, nup decreuisse, &
ordinasse in Germaniæ partib. episcopales sedes, ubi præest uestra
dilectio, & prouinciā in quatuor diuisisse parochias. Hæc ex episto-
la Zachariæ, qui in eundem sensum ea de re Bonifacio scripsit. Igit̄
quia indicasti, perrexisse te ad gentē Boioariorum, & inuenisse eos
extra ordinem ecclesiasticum uiuentes, dum episcopos non habe-
bant in prouincia nisi unum nomine Vnilonē, quem nos ante tem-
pus ordinauimus. Et quia cum assensu Odilionis ducis Boioario-
rū, seu optimatum prouinciæ illius, tres alios ordinasse episcopos,
in quatuor partes prouinciā illam diuisisse, id est in quatuor paro-
chias, ut unusquisq; suam habeat parochiam, bene est, satis peregrī-
sti frater. Hæc ex epistola Zachariæ pontificis summi, ad Bonifaci-
um Bauariæ siue totius Germaniæ καὶ ἡγουμένον. Quibus subscri-
bit antiquissimus apud nos repertus annalium codex, in quo ista le-
guntur uerba. Idē sanctus Bonifacius Moguntinus episcopus, pro-
uinciam Bauarorum, Odilione duce consentiente, in quatuor diui-
sit parochias, & quatuor his præsidere fecit episcopos, quos ordi-
natione facta, in episcopatus gradum subleuauit. Quorum primus
nomine Ioānes, in oppido quod dicitur Saltzburg, episcopatus ca-
thedram suscepit, secundus Erimprecht, qui Frisingensis ecclesiæ
principatum

principatum obtinuit. tertius Gibolph, Ratisponensis ecclesie sedē accepit. quartus Bilibaldus, in loco cui uocabulum est Aichstet, episcopale suscepit officium. Hæc ex annaliū codice antiquo. Porro confirmarunt post Vnilonem, & eundem ad orthodoxā fidem animum aduerterunt, in Norico superioriꝫ Pannonia, sequentes Laureacenses archiepiscopi, Anshelmus, Vualdericus, Vrolphus, Hatto, Reginharius, Harduicus, Ermanarichus, & Vuichingus: qui anno Domini octingētesimo trigesimo octauo, sub Arnulpho imperatore, Laureacēsi cathedræ præfuit: & misso Radfrido quōdā, ad Auarū reges Moymar et Dudun, eos deficientes ad Christi uile reduxit, ecclesie Pannonum cathedra denuò in Fabianis renouata, cui eūdem præfecit Radfridum. Qua de re in antiquo annalium codice ista uerba legimus: Duo duces, scilicet Moymar & Dudun, per Laureacensem archiepiscopum Vuichingum, & legatos apostolicę sedis, totam Morauiam Auariamꝫ, cum finitimis Sclauis et confinibus ad Christi fidem cōuertebat. Istius quoꝫ temporibus Radfridus Fauianensis, qui & Viugnensis, extitit episcopus, ubi quondam Mamertinus præerat. Ex quibus omnibus liquet in Vuienna nostra Laureacenses episcopos subinde uerbi diuini doctoros aluisse, qui barbaras nationes Auarum Sclauorumꝫ, in officio retinerent. Id quod superiori capite de Iuuauiensibus itē ostendimus. Quorum (ut inde quædam repetam) diuus Rudpertus, anno salutis D C. XXXVI. Cunaldum & Hisalaricū eò apostolos misit, Ioannes sub Pipino Francorum rege, anno Domini DCC. XLVI. Sodomū, Virgilius Haymonem & Regebaldum, Arnus Theodericū sub Carolo magno, Adalramus Ottonē, et Adalbinus itē Iuuauiensis episcopus Osualdū quendam, in Pannoniā superiorem, ad Auares cum mādato transmisere. Cæterū cū postea Ioannis duodecimi auspicio, sub Ottone primo, Patauiēsi cathedrę adiectę fuissent dioceseis usꝫ in Pannoniā, Quintauiensis, Quilabēsis, Laureacensis, & Fabianensis, à Laureacēsi iam ac Iuuauięsi derelictā sedē, Fabianensem, hoc est Vuiennensem Patauienses in fidē receperūt. A quo tempore subinde suos in Fabianis archidiaconos, Patauienses habere cœperūt, qui Francones ac Saxones in eam iam prouinciam à Carolo magno, & eius successoribus traductos, Auaribus remotis, in fide orthodoxa, ad quam suapte sponte propensi erant, adhortarentur. Ex quo tempore, diuus Peregrinus Iuuauiensis episcopus, diuos Vdalricum & Vuolfgangū coepiscopos, & muneris sui uicarios, in Marcham orientalem, & ni fallor, Fabianam, ruinas indies magis magisꝫ minantem, direxit. Fuitꝫ ea posterioribus annis semper obseruata cōsuetudo, ut archidiaconos Vuiennæ suos, Patauienses tenerent, antequam adhuc Parochiale esset ab Henrico primo duce Austriæ templum positum. Quorum ista ferè nomina deprehendimus:

Catalogus quorundā episcoporum Laureacensium.

Radfridus episcopus Fabianensis, id est Viennensis.

Fabianēsis episcopi quōdam Viugnenses, hodie Vuiennenses.

Iuuaniensium episcoporum studiū in religione Christiana apud Noricos et Pannonos dilatanda.

Patauiēses episcopi habere in Fabianis archidiaconos.

Megenoldus canonicus Patauiensis, & archidiaconus Vuiennensis: anno MCXXVII.

Sigefridus Orphanus, de nobili Orphanorum profapia: anno Domini MCCX.

Sumidus Orphanus, anno MCCXX. archidiaconus Vuiennensis.

Gotofridus, anno salutis nostræ M. CCXXX. archidiaconus Vuiennensis.

Vdalricus Maminger archidiacon. Vuienn. anno MCCXLII.

Magister Vdalricus à Khirchperg, archidiaconus Viennensis: anno Domini MCCLX.

*Diue Virginis
in littore tem-
plū et regia.*

*Officialis Pata-
uiensis officii.*

Ea de causa qui in diocesi Patauiensi successerunt episcopi, diuæ Virginis ædes in editiori Vuiennæ loco Danubio incumbente posuerunt, regia uel aula, in qua & ipsi & horum archidiaconi habitarent, adiuncta. Quæ adhuc hodie Vuiennæ supersunt, ad diuam Virginem in littore nuncupata, ubi archidiaconū etiam dum alūt, nomine tantum mutato: Officialem enim uocant, cui per uniuersam Austriam ecclesiastica iurisdictio commissā est: quam per decanos administrat, Viennensem, Mantrensem, Garsensem, Zuetlensem & Laureacensem.

CAP. III. DE SEDE EPISCO-

pali ante annos adhuc mille in Fabiana, hoc est

Vuienna constituta.

*Vienna locus
Christianæ re-
ligionis rece-
pit.*



*Diuus Seueri-
nus Norici a-
postolus.*

*Cella siue mo-
nasteriū diui
Seuerini prope
Viennam.*

*Locus ex histo-
ria diui Seue-
rini.*

Viennā igit̃ primū fuisse receptā apud Pannonos Noricosq; Christianæ religionis locū, paulo antè ostēdimus. Restitutā q; ducētesimo post ruinā illius, & uigesimo anno, diui Seuerini à nobis reperta historia docet. Seuerinū uidelicet Rauēnatensium episcopū, lōgo & periculoso suscepto in Pannoniā superiorē & Noricū ripense itinere, in ipsis utriusque prouinciæ cōfinib. extra mœnia oppidi Fabianis, sub Comageno mōte (quem Græci Celticas Galatarūq; alpes à ueterib. incolis, et à fructu quercus quo abundat, Cecium appellarunt, quem nostra adhuc ætas Vuiennæ proximum Galēbergium dicit) & haud procul à Danubij ripa cellam posuisse, cuius Paulus Diaconus meminit libro Rerum Longobardicarum primo, capite 19. Hæc postea ductu Felethæi regis Herulorū, quem istic Christo uir Dei uēdicauerat, in amplitudinem monasterij creuit, ex quo tāquam ex equo Troiano processere omnes ferè Norici episcopi, Moderatus Ouilabensis, Cōstantius Laureacensis, Lucillus Patauiensis, Maximus Iuuaiensis, & Syluinus quispiam Quintaiensis. Clarebant quoque in eo monasterio asperæ uitæ exemplis, Martianus, Vrsus, Maurus, Bonofus, Amātius, et alij quidā celebres monachi. De q; monasterio ista in diui Seuerini à nobis reperta historia uerba extant, cum

tant, cū eius iter è Patauia Fabianā describeret: Mox remeante ad patriam, sermo in eo prædicentis Domini impletus est. Nam ciues Tiberinæ, quæ est metropolis Norici, coegerunt prædictum uirum, summi sacerdotij suscipere principatum, basilicę extra muros oppidi Bataui, in loco nomine Boiotro, trans Oenum fluuium constitutæ, ubi cellulā paucis monachis ipse construxerat, etc. Et subiicit post multa uerba: Sanctus itaq; uir, cur ita fleret interrogatus: Quia uideo, inquit, plagam grauissimam huic loco imminere. & quod non sine gemitu possum exprimere, loca ista humano sanguine redundabunt intantum, ut etiam sacra ista sint uiolanda. Ad antiquum itaque & omnibus maius monasterium suum, iuxta muros oppidi Fabianis, quod centum et ultra milibus aberat, Danubij nauigationib. descendit. Et iterum: Igitur Romani, quos in suam sanctus Seuerinus fidem susceperat, de Laureaco discedētes, beneuola cū Rugis societate uixerunt. Ipse uerò Fabianis degens, in anti quo suo monasterio, nec ammonere populos, nec prædicere futura cessabat. Hæc ex diui Seuerini historia: ubi præterea mētio fit diui Ioannis basilicę, à sese intra monasterium positę. ubi & diui Ioannis Baptistæ, fortissimorumq; Dei athletarum diuorum Geruasij & Prothasij reliquias collocauit, & Mamertinum tribunum militū episcopū inauguraui. Ut appareat, diui Seuerini coenobium sedis episcopalis Fabianis constitutæ, & occasionem & locum extitisse. Quam (ceui præfati sumus) à diuo Seuerino Rauennatensi, primū omnium exorsam constat, circa annum Domini CCCCLX. Zeno ne Isauro imperante, & Romæ Gelasio sedente. Magnam hæc inferioris Austrię portionem comprehendebat, in qua diuo Seuerino uiuente, metropolitana cathedra fuit, quæ postea Laureacum, in Norici ripensis oppidum translata fuit, ubi primos uerbi diuini annunciatōres anno etiam dum à nato Christo CCL. diuos Eleutharium, Quirinum, & Maximilianum sedisse, docuimus. A quo tempore, quod contigit anno Salutis nostræ quingentesimo, Symmachi pontificis Romani constitutione Fabianensis diocesis, non minus ac Iuuauiensis, Ouilabensis, Patauiensis, Quintauiensis, et Tiberinensis, Laureacensi, iam metropolitano iure prærogatiua que primatis per Germaniam, Pannoniam, Sclauoniam, Auariam, Morauiamq; insignitæ, iure ecclesiastico subiecta fuit. Hunc locum quondam M. Aurelius Cæsar, in illo memorabili aduersus Quados & Marcomanos prociuctu, munimentis prius instar, ad municipij frequentiam euegit, mœnibus, adiectis, nomen que illi ab euentu, cum literas fortè laureatas uictorię indices isthic accepisset, Laureaci indidit. Vbi posteriores Augusti classium præfectum

Batauia, et hodie latine hoc nomine, uulgo Passau, quondam apud Romanos Boiodorum, cuius Ptolemæus et Antoninus meminerunt.

Templa prima Fabianæ. Episcopus primus Fabianensis.

Fabiana diocesis quanta fuerit. Metropolitana cathedra in Fabianis.

Locus Herodiani sic habet: Dein uero ministris illius magis magis que instantibus, nihil iam ad amicos retulit, sed datis Romanis literis, & præpositis quos uisum esset, tuendę Istri ripæ, & Barbarorum insultibus coercendis, profectionem continuo edicit. illi autem demandata sibi munia obeuntes, haud ita longo tempore multos armis barbaros subegerunt.

Literæ laureatæ erant mediocri uictorie nunciæ, de

quibus Suetonius in Domitiano: De Cattis, ait, Dacisq; post uaria praelia duplicem triumphum egit, de Sarmatis modo lauream Capitolino Ioui retulit. Sic Plinius in Pannonicis Traiani: Allata erat (inquit) ex Pannonia laurea, id agentibus dijs, ut inuidi imperatoris exercitum uictoriae in signe decoraret. hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat. Alludit ad has & T. Liuius in quinto: Litera à Posthumio laureata, ait, sequitur uictoriam populi Romani, esse equorum exercitum deletum. Huc pertinet & illud Ammiani libro 16. ubi refert Constantinū arroganter elatū misitasse literas laureatas ad prouinciarū praesides, quoties eo agente in Italia dux quidam fortiter egisset, nulla illius facta in literis laureatis mentione, ut solus dimicasse, & solus uicisse uideretur. Meminit et Lampridius in Alexandro: Actae sunt res feliciter et in Mauritania Tingitana, per Furium Celsum, & in Illyrico per Varium Macrinum affinem eius, et in Armenia per Iunium Palmatum. Atq; ex omnibus locis tabellae & laureatae sunt delatae. Et sic intelligendus est locus apud Caesarem in tertio belli Ciuili sic scribentem: Sed neque in literis quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia lauri protulit. Huc pertinet & illud Persij: Missa est à Caesare laurus, Insignem ob cladem Germaniae.

*CATALOGVS FABIANENSIVM,
sive Fauianensium, aut Vigiennensium episcoporum,
ab anno Domini CCCCLXVI.*

Primus episcopus Vigiennensis.

MAMERTINVS, quē diuus Seuerinus Norici ac superioris Pannoniae post Athilae Hunnorum regis interitum apostolus ex militum tribuno, Fabianis municipio in collimitijs Pannoniae Noriciq; episcopum dedit, Gelasio Romano pontifice adsentiente, annū circiter salutis nostrae CCCCLXVI. Qua de re pluribus uerbis diui Seuerini à nobis reperta historia tractat.

Secundus.

MARCIANVS, ex monacho coenobij diui Seuerini iuxta moenia oppidi Fabianis eiusdem loci post Mamertinum episcopus constituitur: ut eadem diui Seuerini historia habet.

Tertius.

LVCILLVS, is Fabianensis primo coenobij praefectus, dein Batauis castris ad Oeni & Danubij confluentes à diuo Seuerino episcopus datus, post diui Seuerini ac Marciani obitum, Fabianensem cathedram eisdem cum Batauensi auspicijs administrauit. qui porro eiusdem diui reliquias, Herulis à Longobardis deuictis, ac Friderico Herulorum rege Christianam pietatem exuente, isthinc Neapolim in Italiam traduxit.

Episcopi Vienne dati à diuo Rudperto.

POST quae tempora praeda relicta Longobardis ac Auaribus foecundissima Pannoniae terra, atque in ea Fabianensis potissimum cathedra, simul cum saluberrima doctrina Christi esse desijt. Et aliquot interlabentibus postea annis, simul ut diuus Rudpertus Iuuuensem cathedram (in qua Maximus quondam sub diuo Seuerino praefuit) in integrum restituisset, & à Laureaco ad Auares in Pannoniam Cunaldum & Giselaricum uerbi diuini doctores misisset, posito diuo Rudperto in Fabianis templo, paulatim ut Christiana religio

religio apud Auares repullulare, sic & Fabianēsis restitui sedes cœpit; cui præfuisse à diui Rudperti ætate inuenimus, ut sequitur:

CUNALDVS, à diuo Rudperto Auaribus apostolus datus, annum circiter à nato Christo DCXL. quem, diuo Rudperto in Fabianis, hoc est Vuienna nostra, ædem primum excitasse, uerisimile est. *Quartus.*

SODOMVS, sub Pipino rege Francorum, anno salutis ferè DCC. XL. à Ioanne Iuuaiensi episcopo, & Vnilone Laureacensi & metropolitano, ad Auares in Pannoniam Noricum'que missus est. Nam ut Eginhartus est autor, qui res à Carolo magno gestas congeffit, Auares usque ad Anisum fluuium habitabant, erat'que adhuc sub Carolo magno, anno uidelicet Domini DCCC. Anisus fluuius utriusque regni, Francici Auarici'que, communis limes. Proinde Sodomum res ecclesiasticas in collimitio Norici Pannoniæ'que cum constituisse apud Auares constet, uerisimile est hunc, post Cunaldum longo interuallo, Fabianensem diœcesim administrasse. Qui autem inter Sodomum ac Cunaldum medijs fuerint, à me nondum sunt deprehensi. *Quam late Auares in Austria quondam habitauerint.*

HAIMO, hunc Virgilius Iuuaiensis pontifex iam metropolitani à Laureaco ius adeptus, sub Zacharia pontifice maximo, & Pipino Francorum rege, Odilione quoque Boioariorum duce, ad Auares, ne deficerent à Christiana religione, in Pannoniam cum mandato ablegauit, qui in Fabiana Auaribus uerbum Dei explicare haud desinebat. *Sextus episcopus Viennēsis.*

POST quæ tempora iterum recidentibus Auaribus & Hunnis ad solitam impietatem, simul cum religione episcopi in Fabianis esse desierunt. Donec factò à Carolo magno Francorum rege, magno in Pannoniam aduersus Auares procinctu, & uicti Auares, & Christo simul, & Francico imperio uendicati fuissent. Tum, quod in antiquissimo diplomate à Ludouico Pio Caroli magni filio Patauiensi diœcesi dato, legimus, nouæ aliquot diuorum basilicæ in potioribus Auariæ, hoc est Norici ripensis Pannoniarum'que tractu, locis, à Carolo magno positæ, Christianam pietatem apud barbaras gentes retinere. Quarum erat diuo Petro in Fabianis una, in cæteris locis ad Danubijs ripam in Norico ripensi in aliquibus singulæ, in alijs uerò positæ binæ, hoc est Tullana, Ceisenmuro (ubi Ceciensis ala quondam statua habebat) Artagrano, Pachlaro (ubi Aralapensis classium præfectus sedebat) Trebnsee, Saxina, Roede & Sumburgo. Itaque cum Chabeaunum Hunnorum principem cum uniuersa gente sua sacris undis perluisset, nouo ex Christianismo Theodori addito nomine, tractuq; illi Pannoniæ superioris inter Sabariam & Carnuntū distincto, Noricū ripense cum collimitijs Pannoniæ, ipsoq; Fabianensis diœcesis tractu ad Lytahum fluuium usque, suæ Francorum genti habitandum *Templa in Austria tractu posita à Carolo magno.* *Hæc ex historia Eginharti.*

H habitandum

habitandum concessit, dato Iuuaiensibus episcopis negotio, ut secundum antiquum eiusdem ecclesie obseruatū morem suos legis diuinæ interpretes ac doctores in Fabianis cōstituerent. Quorum inuenimus, à Caroli magni seculo, anno uidelicet Verbi incarnati DCCC. usq; ad Caroli eiusdem stirpis defectum, annum uidelicet Christi DCCCCXIII. hos ferè, ut sequuntur:

Episcopi Viennenses ab ætate Caroli magni.

THEODERICVS, ab Arno Iuuaiensi metropolitano, Auaribus & Sclauinis in Pannoniam superiorem & tractū terræ illi ultra Danubium oppositum, episcopus est datus. Cuius cathedra in Fauianis item erat.

OTTO, ab Adalramo Iuuaiensi metropolitano, Fabianis post Theodericum episcopus constituitur, & Auaricę gentis Sclauinorumq; in orthodoxa fide doctor.

OSVALDVS, ab Adalbino Iuuaiensi Auaribus & Sclauinis in Fabiana episcopus post Ottonem inauguratur, circiter annum Salutis nostræ DCCCLXV.

RADFRIDVS, cuius antiquissimus annalium codex sub diuo Henrico Cæsare, anno Domini millesimo scriptus, sub finē in pontificum catalogo his uerbis mentionem facit: Istius Leonis quinti temporibus Radfridus Fauianensis, qui & Vuigennensis, extitit episcopus, ubi quōdam Mamertinus præerat. Porrò Leonem quintū Romanæ sedi, sub Ludouico Arnulphi filio, Caroli magni profapia postremo, præfuisse, ex Chronologię supputatione apparet. Quo tempore Auares & Hunni, tertio à fide Christiana deficientes ad scita Hungarorum, suæ originis tetra & feroce gente, non solum Fabianensem diocesim, cum Francorū in ripensi Norico gente depopulati sunt, sed promotis limitibus ad Oenum usque fluui-

Deuastatio Germaniæ facta ab Hungaris.

um, magnis copijs per Rhætiās in Galliam, per que Misniam & Thuringiam in uniuersam Germaniam excurrerunt non semel, annis uidelicet à nato Christo 903. 908. 909. 912. 916. 929. 933. 937. 944. 954. 955. Quæ deuastatio Germaniæ intra hoc temporis interuallum facta ab Auaribus & Hungaris, aliam non modo in Pannonia & Norico, sed in uniuerso adeo Germaniæ Galliæ que regnis amplissimis, Italia que, & totius adeo Romani imperij intercapedine, nouam administrationem faciem que peperit. Nam imperij titulum ad se Saxones trahebant, in Italia Berengarij, in Gallijs Rudolphi & Hugones, Odone que rerum potiri cœperunt. Ita in regno orientali à Francis ex Pannonijs Norico que conflato iam in Marchæ angustias utrinque ab Auaribus Hungaris que, & ab occasu à Boioarijs redacto, Gladij siue Scipionis ius Babenbergenses comites, Albertus & Lupoldus, uictis ad Melicum Hunga-

Quam angustie ueteres fuerint episcopales diocesim,

ris: uniuersam uerò ecclesiasticam prærogatiuam ad se Patauenses episcopi trahebant, Ioanne undecimo Romano pontifice, sub Ottone primo Cæsare, quatuor proximis Batauiensi diocesim

coniunctis,

coniunctis, hoc est Quintauienti apud Vindelicos, Ouilabensi & Laureacensi in Norico ripensi, & apud Pannonos superiores Fabianensi. Atque ab eo tempore in Fabianis, uix prædij frequentiam ex tanta barbaricarum nationum depopulatione retinente municipio, suos archidiaconos Batauienses alere cœperunt, de quibus superiori Capite pauca quædam adiecimus. Et demum sub annũ Salutis nostræ M. CXLIII, cum Henricus primus dux Austriæ, omnibus sanctis in Fabianis ædem posuisset, à Reimberto tũ Batauiensi episcopo consecratam, parochi primi in Fabianis, quæ iam prima syllaba detracta Vuienna & Biana nuncupabatur, constitui cœpti sunt. Quorum hæc ferè nomina deprehendimus:

aduerte: ita quod Batauiensis, quinq; ueteres comprehendatepiscopales cathedras.

CATALOGVS PAROCHORUM Viennensium.

EBERHARDVS parochus in recens posito omnium Sanctorum augustiori paulo quàm cætera erant templo, à Reimberto Batauiensi episcopo constituitur, anno Salutis nostræ M. CXL.

BVRCARDVS, præposituræ Batauiensi adiecit parochiam Vuiennensem, anno Domini M. CLX.

SIGEHARDVS, ut canonicus Batauiensis, parochum Vuiennæ egit anno Domini M. CCX.

PETRVS, magisterij dignitate insignitus, ex parochia Vuiennensi Batauiensis creatur episcopus, in publico Vuiennæ habito concilio, anno M. CCLXVI.

GERHARDVS, magisterij item gradu præditus, ut parochus Vuiennensis, monasterium ad Cœliportas Vuiennæ, & xenodochium in Clagnpaum extra urbem exorsus est, anno Domini M. CCLXX.

BERNHARDVS BRAMBOEKH, ut parochus Vuiennensis, in Batauiensem eligitur episcopum, anno M. CCLXXX.

GOTFRIDVS, præposituræ Batauiensi Vuiennensem adiecit parochiam, anno Salutis nostræ M. CCCX.

POLLIO quispiam, ultimus parochus Vuiennensis, in omnium Sanctorum templo, quod iam à Batauiensis diœcesis patrono, diui Stephani nomen adsciuerat, in humanis adhuc erat anno M. CCCL.

Horum itaque ductu, cum Christiana religio ita Vuiennæ excreuisset, ut non solum templum auctius, sed res ecclesiastica indies magis magisque locupletaret, Rudolphus hoc nomine tertius Austriæ archidux, cathedralem sedem, ac prærogatiuam adiecit: immò quadringentesimo post ruinam eius anno, postliminio in Fabianam, hoc est Vuiennam retulit, anno tum à Christo nato currente M. CCCLX. Et ab eo tempore, qui paulo antè parochi e-

Ecclesie et pa
rochie prædio
rum feruntur
Vuaring ka-
lantzdorff, S.
Vui, &c.

rant, Præpositi deinceps nuncupati sunt, prædiorum ecclesijs quo-
rundam aucti atque ornati.

CATALOGVS PRÆPOSITO-
rum cathedralis ecclesie Vuiennensis.

VVERNHERVS, primus præpositus cathedralis ecclesie om-
nium Sanctorum ad diuum Stephanum Vuiennæ, à Rudolpho
hoc nomine tertio archiduce Austriæ inaugurat, anno M. CCCLX.

ALBERTVS à Garfio, siue de familia fuerit, siue parochus eius-
dem loci, præpositum Vuiennæ in omnium Sanctorum cathedra-
li templo egit, anno Salutis M. CCCLXX.

BERCTOLDVS, præpositus Vuienn. anno M. CCCLXXXII.

ANTONIVS, præpositus Vuiennensis anno M. CCCC.

VILHELMVS Tuers, de nobili Austriæ prosapia, anno Salu-
tis M. CCCCXII. præpositum Vuiennensem egit cathedralis ad di-
uum Stephanum, siue omnes Sanctos templum.

ALBERTVS Comes à Schaunburg, præpositum egit anno M.
CCCCXL.

IODOCVS Hansner, I. V. doctor, præposituram Vuiennensem
administrauit M. CCCCLX.

A quo tempore, Friderici tertij hoc nomine Austriæ archidu-
cis, & in imperio postea quarti auspicio & ductu, præpositura epi-
scopatus nomine & permutata & decorata fuit. Cui præpositum
de nouo subiecit, & huic Berichtoldsdorffensis prædij regij censum
præscripsit, & alias ædes senatoriæ domui, siue Curia urbana op-
positas designauit, ueteris præposituræ domo episcopatus curia
constituta. Reperi' que in utroque munere, ab anno Domini M.
CCCCLXXXII. hos ferè qui sequuntur :

C A T A L O G V S
E P I S C O P O R V M P R A E P O S I T O R V M
Vuiennensium. Vuiennensium.

LEO à Spaur nobili loco ortus in co THOMAS à Cilia Con-
mitatu Tyrolensi, à Friderico Cæsare stantiensis præpositus, quo
quem tertium cognominant, Austriæ tempore ueterem præposi-
archiduce, Vuiennensis episcopus cõ turam Fridericus tertius ad
stitutus, ueteri à Paulo secundo ponti episcopale fastigium extu-
fice maximo eiusdem ecclesie priuile- lisset, in noua à se constitu-
gio impetrato, anno 1480. ta, cathedrali item præpo-

BERNHARDVS, & ipse magno in situra, primus ab eodẽ prin-
Austrialoco natus, archiepiscopus pri- cipe inauguratus est, anno
mo Saltzburgensis, à Friderico tandẽ Domini millesimo, qua-
Cæsare Leoni Vuiennensi episcopo dringentesimo octuage-
suffectus est, anno 1485. simo.

VRBANVS Agriensis ex Hungaria episcopus, Matthiæ Hungariæ regis quæstor & aulicus: simul ut is rex, ex pugna Vieniensi, rerum coepisset in Austria potiri, Vieniensem episcopatum uiuente adhuc Bernhardo, à suo rege gubernandum accepit.

IOANNES Vespruniensis antè in Hungaria episcopus, ab Matthia rege Hungariæ & Austria possessore, Urbano substitutus, in episcopali cathedra mansit, donec Maximilianus Austriam recepisset.

BERNHARDVS Baro à Bolhaym, à Maximiliano imperatore, cum is Vieniensem in fidem recepisset, Vespruniensi mortuo successus est: sed cum sacris non initiaretur, episcopus Vieniensis se tantum administratorem scripsit.

GEORGIUS à Sclauonia, Maximiliano Cæsari à sacris concionibus, Bernhardo in episcopatu Vieniensi successus est.

PETRVS Bononius Tergestinus episcopus, cum mortuo Maximiliano scriniorum magistri munus per Austriam obiret, huius simul episcopatus Vieniensis administrationem habuit: ut ferunt, adhuc in uiuis, Tergesti, multo senio uenerandus.

IOANNES à Reuellis, Burgundus, Ferdinando archiduci, Maximiliani imperatoris ex Philippo filio nepoti, ab elemosynis, Bononio adhuc uiuenti, à Ferdinando in episcopatu Vieniensi substitutus est, anno Domini 1522. obiit anno 1530.

IOANNES cognomento Fabri, ex Leukhirsch, Sueuus, Ferdinandi regis Romani à confessione, sacre theologie doctor, in Vieniensi episcopatu ab hero suo superiori Ioanni substituitur, anno Dni 1531, obiit anno 1541.

VIRGILIVS Cantzler, prepositus Vieniensis in noua prepositura, obiit anno 1503.

IUSTVS Khasman, prepositus Vieniensis, obiit anno 1510.

IOANNES Buschius Cuspiniæ fororius, & Maximiliani Cæsaris aulicus, & postea prepositus Vieniensis, obiit anno Domini 1517.

PAVLVS ab Oberstain, v. doctor, & Maximiliano Cæsari à secretis, et scriba à latinis, ab eodem principe Ioanni substituitur, cum multis annis preposituram Vieniensem gubernasset. obiit nostra memoria, anno Salutis 1544.

IOANNES Rosinus, orator & insignis poeta, Ferdinandi regis Romanorum aulicus, & ingenuorum puerorum preceptor, ex Clareualensi in Zuel prepositura, ab eodem rege ad cathedram Vieniensem uocatus, cum uix annum unum administrasset, factorum iniquitate intempestiue abreptus est, anno 1545.

IOANNES Saur, sacre theologie doctor, Ferdinandi regis à concione, anno, dum hæc scriberemus, Rosino in Vieniensi prepositura est successus, adhuc in humanis est.

FRIDERICVS cognomento Nausea, Francus, sacrae theologiae & legum doctor, Ferdinando Romanorum Hungariae & Bohemiae regi à sacra concione, Fabro in episcopatu Viennensi substitutus est. Qui in hanc usque diem, omnibus numeris officij sui impletis, proprio ex concione plebeculam suam instituendo sermone, colloquijs cum aduersa parte transigendo, foeliciter eandem dioecesim administrat.

*CAP. IIII. DE CONCILIO PRO-
uinciali Viennae habito, anno Domini 1267.*



gitur cathedrali uetustissima Viennae constituta religionis nostrae propagandae sede ac dioecesi, sub annum Domini 470, eadem aliquot interlapsa seculis, à Fridrico tertio imperatore & Austriae archiduce in pristinum restituta, celebrium deinceps actuum subinde & Concilij locus unus maximè praeter caeteros hic delectus est. Cum sub annu Salutis nostrae Clemens tertius Pontifex maximus, ruina rei ecclesiasticae exigente, Guidonem cardinalem sancti Laurentij in Lucina praesbyterum eò misisset, qui Vuennam ingressus anno Domini 1267, ab Ottocaro Bohemij rege & Austriae tum duce honorifice exceptus, mox accitis metropolitanis, & eorum suffraganeis, cum his de communibus religionis nostrae sacrosanctae rebus agere coepit. Interfuere autem metropolitani huic concilio, Aquileiensis, Saltzeburgensis, & Pragensis: suffraganei uero horu, Batauiensis, Frisingensis, Ratisponensis, Brixienis, Tridentinus, Olomucensis, Vratislauiensis, & alij quidam: qui subscriptos canones in concilio isto ultro citroque uersatos concluderunt.

*Articuli con-
clusi in Conci-
lio Viennensi
Austriae, anno
1267.*

Primus, de uictu, gestu, habitu & honestate clericorum, in haec uerba: Vniuersis personis ecclesiasticis prouinciae Saltzeburgensis, & ciuitatis ac dioecesis Pragensis, districtè praecipimus, ut in uictu, gestu, et alijs operibus, ac circumstantijs status sui, sic honestè se habeant, & decenter, ne propter nomē ecclesiasticū inter laicos blasphementur: eisdem in primis districtius inhibentes, ne de patrimonio crucifixi inimicos se faciant crucis Christi, sicut illi quorum uenter deus est, qui terrena sapiunt, & non diuina. in conuiujs suis modestiam & mediocritatem obseruent, superfluitatem immodicā reseccantes, ebrietatem omnium uitiorum fomitem deuinent.

*De sacerdotu
castitate.*

Secundus, de castitate clericorum & sacerdotum, qui ita habet: Praesentis igitur Concilij approbatione praecipimus, ut clerici continenter & castè uiuere studeant, quatenus puro corde & mundo corpore Deo possint in officio ecclesiastico ministrare. Si qui uero de caetero deprehensi fuerint detinere publicas concubinas, nisi infra mensem se ab eis & earum consortio separauerint, (ita quod in domibus ipsarum, aut in proprijs, aut alijs quibuscumque non cohabitent,

habitent, nec ad illas accedant) deinceps omni beneficio ecclesiastico sint priuati.

Tertius, de symonia clericorum, qui sic habet: Item cum detentorum plurium dignitatum uel beneficiorum cum cura, sine dispensatione sint sacrorum canonū transgressores, et fructus talium beneficiorum recipiendo furtū committere dignoscantur: presenti decreto statuimus, ut omnes qui huiusmodi dignitatum, personatum, seu beneficiorum cum cura pluralitatem retinent, illi qui sunt de prouincia Saltzeburgensi, super hoc secum dispensatum fuisse infra instans festum sancti Ioannis baptistæ, coram uenerabili patre Dei gratia electo Saltzeburgensi doceant manifestè. Alioquin de reliquo, ultimo beneficio recepto sint contenti: & antea quæ habuerūt prius, per illos ad quos dictorum beneficiorum collatio pertinet, personis idoneis conferantur.

Contra Symonia sacerdotū.

Quartus est constitutus contra usuras clericorum, qui sic habet: Item dolentes referimus, quod quidam salutis suæ immemores, & prodigi famæ suæ, tam clerici quàm laici, per Saltzeburgensem prouinciam constituti, usuras & contractus usurarios exercere præsumunt. Ad quorum cupiditatem salubriter referendam statuimus, ut ipsi super hoc, in hoc sacro Concilio præmoniti, à talibus abstineant; alioquin nos, ipsos excommunicamus.

Vsura sacerdotibus prohibita.

Quintus, de excessib. clericorū in genere, qui sic habet: Item ordinamus atque statuimus, ut clerici et ecclesiasticæ personæ tam seculares quàm regulares, prælatorum suorum correctiones legitimas debita humilitate suscipiant. Et si qui ex eis hac occasione cōtra suos correctores auxilium brachij secularis inuocauerint, uel potentum precibus arma impetrauerint, uel impetratis uti præsumpserint, à suis beneficijs deponantur.

Sextus, de excessib. monachorū, qui sic habet: Item cum clamorosa insinuatō nostrū percusserit auditū et animū, quod abbates et monachi ordinis sancti Benedicti, in quàm plurimis locis ab obseruatione regulæ temerè recedentes, uitā nimis dissolutā ducere nō uentur, in suarū animarū periculū plurimarū: uolentes igitur, ut cōtra huiusmodi corruptelā salubre remediū apponat, uniuersis episcopis Salisburgensis prouinciæ ac episcopo Pragensi districtè præcipimus, ut quilibet ipsorū infra dimidium annū, adsumptis secum duobus abbatibus Cisterciensis ordinis, omnia claustra nigrorum monachorum suæ diocesis uisitet, corrigat, & reformet, tam in capite quàm in membris.

Visitatio monasteriorū in Austria instituta.

Septimus de cura pastorali, quam quilibet præfens non per uicarios exercent: qui his constat uerbis: Item ordinamus atque statuimus, ut prælati & curam animarum habentes, in suis ecclesijs corporaliter resideāt, & ad hoc à suis episcopis per subtractionem fructuum compellantur.

Pluralitas parochiarum interdicitur.

CANONES IN CONCILIO VI.

ennensi constituti, contingentes Laicos.

Ius patronatus quale, & qualis collatio beneficiorum.

Primus, ne conferant seculares ecclesiastica beneficia, qua de re Concilij eiusdem constitutio sic loquitur. Item districtius inhiemus, ne aliquis clericus ecclesiam parochialem à laico patrono recipere ualeat, nisi ab ipso episcopo uel archidiacono fuerit institutus: alioquin officio uel beneficio se nouerint esse suspensos. Et laicus, qui autoritate propria instituere præsumperit, ipso facto à iure cadat patronatus. Adijcētes, ut nullus patronus clericus uel laicus, dotem ecclesiæ in qua ius obtinet patronatus, alienare præsumat. Quod si contrà fecerit, ipso facto cadat à iure patronatus, & res alienata ad ius & proprietatem ecclesiæ reuertatur.

Secundus, de decimis ecclesiæ conferendis: quod hisce uerbis, in actis Concilij eiusdem exprimitur. Huius igitur approbatione Concilij, districtè præcipimus, ut iuxta laudabilem consuetudinem patriæ, decimæ tam antiquæ quàm etiam de noualibus, maiores & minutæ, ad plenum persoluantur. Neque liceat alicui laico nobili uel ignobili, cuiuscunque dignitatis uel principatus existat, sibi decimas, maxime de noualibus, etiam minutis usurpare.

Tertius, de uia ac manu à secularib. clericis iniecta: qui sic habet. Adijcētes, ut singulis annis in synodo, illi qui clericos capiunt, uerberant, uel occidunt, aut aliàs in ipsos manus iniiciunt uiolētas, excommunicati deuinciantur: & nominatim illi, de quibus constiterit manifestè.

Quartus, ne Iudæis magistratus contra Christianos faueant: quod his comprehensum uerbis reperi. Ipsos quoque principes ac iudices eorundem districtius admonemus, ne Iudæis huiusmodi statuta nostra seruare uolentibus, alicuius petitionis seu defensionis fauorē impendant. Sed si aliqua eis à prelatibus ecclesiasticis iniungunt, ea fideliter exequentur.

CANONES IN CONCILIO VI.

ennensi constituti, contingentes Iudæos.

Vestitus Iudæorum qualis esse debet.

Primus, de uestitu & Iudæorum habitatione, quæ superioribus seculis frequens in Austria fuit: qui canon hisce uerbis exprimitur. Item cum in tantum insolentiæ Iudæorum excreuerint, ut per eos in quàm plurimis Christianis iusticia, puritas catholice sanctitatis, non tam noua cudentes, quàm summorum pontificum statuta uetera renouantes, districtè præcipimus, ut Iudæi qui discerni debent in habitu à Christianis, cornutū pileum (quem quidam in istis partibus sua temeritate deponere consueuerunt) resumant, ut à Christianis discerni ualeant euidenter, sicut olim in generali concilio extitit definitum. Quicumque aut Iudæus sine tali signo deprehensus fuerit incedere, à domino terræ pœna pecuniaria puniatur. Adijcētes

cientes, ut Iudæi parochiali sacerdoti, infra cuius parochiæ terminos manserint, pro eo quod loca in quibus Christiani habitare deberent, occupant, iuxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium dioecesiani loci, priuētur. Qui à Christianis si ibidem manerent, sacerdos perciperet, refundere compellantur.

Secūndus, quod Iudæi omnia Christianorum commercia uitent, balnea, stuphas, tabernas, nuptias, nundinas, mercimonia, conuiuia: ancillarum seruorum & nutricum, item Christianorum opera non utantur.

Nullū cōmerciū, nec ulla Christianorū cohabitatio cū Iudæis.

Tertius, quod ad publica officia & telonia, Iudæi non admittantur: quod hisce est uerbis eiusdem concilij cautum. Nec ad recipiendum telonium, seu ad alia publica officia aliquatenus adsumantur.

Ab officijs publicis & Reipub. administratione Iudæi arcentur.

Quartus, quod cibos Iudæi non uendant, ut hæc docent Concilij leges, his uerbis comprehensæ. Nec Christiani carnes uenales, seu alia cibaria à Iudæis emant, ne fortè per hoc Iudæi Christianos, quos hostes reputant, fraudulenta machinatione uenenent.

Iudæi non debent mercimonia exercere.

Quintus, ne medicinam Iudæi exerceant (ut actorum Concilij uerbis utar) Ne Christianos Iudæi infirmos uisitent, uel circa ipsos exerceant opera medicinæ.

Iudæi nō debēt medicinā exercere.

Sextus, de fornicatione Iudæis cum Christianis prohibita: quod ista docent actorum Concilij uerba. Si quis uerò Iudæus, cum aliqua Christiana fornicationis uitium deprehensus fuerit commississe, quousq; decem marcas ad minus per emendationem soluerit, districto carceri mancipentur. Et mulier Christiana, quæ damnatum coitū elegerit, per ciuitatem fastigiata, de ipsa ciuitate, sine spe redeundi penitus expellatur.

Septimus, de usuris Iudæorum: quod hisce uerbis constat. Adijcientes, ut si de cætero, quocunque prætextu Iudæi à Christianis graues seu immoderatas usuras extorserint, Christianorum participium eis subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Vnde Christiani si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur, ab eorum commercijs abstinere.

Octauus, quod nouam non extruant synagogam. Synagogam non erigant (ait) nouam: & si quas erexerint, eas remoueant, & deponant, uetustas, si opus fuerit, reficiant: non ampliorem, preciosiorem, seu etiam altiorem faciant.

Nonus, quod neminem Christianorum ad Iudaismum cogant. Iudæos autem ad Christianismum animum adijcientes, non impediant.

Decimus, quod in sacrae delatione eucharistiæ, audita campanula, intra ædes suas se includant, ne aspiciant sacrosanctam Eucharistiam.

CAP. V. DE PRÆROGATI-
ua, libertate ueteri, & insignibus urbis
Viennensis.



Insignia noua
Viennæ.

Albæ crucis
insignia uetera
Viennæ expli-
cantur.

Aquilæ aureæ
noua Viennæ
insignia expli-
cantur.

Priuegiū ab
imperio Rom.
Viennæ cōces-
sum.

Laus ciuū Vi-
ennensiu à Fri-
derico secundo
Cæsare.

TQVE haftenus de prærogatiuis quæ Viennæ nostræ ab ecclesia accessere, & in religionem Christianā studijs. quib. recto nimirū ordine & ea priuilegia subiiciemus, quibus quondā ab imperio accumulata eadē urbs fuit: libertate inquam, & nouis imperatorijsq; insignibus, bicipiti aurea aquila, coronata que, in nigro clypeo. Quæ omnia magno testimo- nio fidei erga imperiū incorruptæ, Fridericus hoc nomine secundus imperator, Viennæ nostræ ornamenta concessit, anno Salutis no- stræ M. CCXXXVII. Albæ enim crucis insignia in rubro clypeo, studia erga religionem sacrosanctam nostram huius urbis quondā posita declarant, cum prima fidei exordia, quæ inde in Pannoniam Noricūq; pullulabat, ceu antea ostēdimus, hæc unica dederit. Sanguine ista constitisse, candore uerò ac animorum puritate dilatata fuisse, colores ipsi declarāt, rubeus inquam, & albus. Aquila biceps aurea imperatorio diademate redimita, qd aliud quæso quàm ean- dem fidei constantiam erga imperium ostendit? Imperatoria ipsa primum omnium insignia sunt: duplex imperium coniunctum de- monstrant, orientale & occidentale. Aurea sunt, Cæsareo diadema- te redimita sunt: imperij dignitatē in omnibus, & suæ erga hanc fi- dei stabilitatem, uictoriæq; præmia exhibent. Qua re nihil excogi- tari poterat nec perfectius, nec absolutius, sed nec cumulatius acce- dere quicquam poterat. Sed placet prærogatiuam ab eodem Cæsā- re Viennæ concessam, in huius rei fidem subiicere.

FRIDERICVS Dei gratia Romanorum imperator semper Au- gustus, Hierusalem & Siciliæ rex. Romanum imperium ad tuitio- nem fidei & diuersarum gentium moderamina, per eum qui cœle- stia simul & terrestria moderatur, filium summi regis, qui condi- dit regna, & firmat imperia, summæ dispensationis munere con- stitutum, ex dispensatione diuina robur & regimen suæ digni- tatis accipit, ut subiectos sibi populos in opulentia pacis & fauo- re iustitiæ foueat, fidem prouehat, perfidiam persequatur, humi- les protegat, sublimes humiliet, oppressiones releuet subdito- rum, ab improbis & ingratis dominis, quos excessuum commissio- rum enormitas indignos imperio representat, materiā bonorum subtrahat. Et nouerit propterea præsens ætas, & futura poste- ritas, quòd nos attendentes quàm feliciter & deuotè ciues Vi- ennenses fideles nostri uniuersi & singuli, magni & parui, no- strum & imperij dominium sunt amplexi, iugum oppressionis & iniustitiæ declinando. Considerantes insuper, qualiter ijdem ciues Vuiennenses deuotione promptissima, & fide sincera, se nobis &

nobis & imperio indissolubiliter alligarunt : & quod nostra inter-
 est, cōmissum nobis populū, utpote qui pro eius salute, ac de com-
 missa nobis Reipublicæ cura, & uniuersitatis regimine generali te-
 nemur summo Regi reddere rationē, potentis dextræ subsidio re-
 leuare, dictam ciuitatem & ciues in nostrā et imperij perpetuū reci-
 pimus ditionem, ut amodo in nostris regum & imperatorum suc-
 cessorum nostrorum manibus teneantur. Et quod nunquam per
 concessionē alicuius beneficij de nostra & imperij transeat potesta-
 te, quin potius speciali nostro & imperij munimine in munificen-
 tiæ nostræ priuilegijs, libertatum & bonarum approbatione con-
 suetudinum, quasi perfidiæ eorum pignore, ueluti in nostrorum
 propugnaculis muniantur. Statuimus igitur, & præsentis priuile-
 gij autoritate sancimus, ut annuo in eadem ciuitate Iudex singulis
 annis, per nos reges & imperatores successores nostros, communi-
 cato ad hoc si necesse fuerit, ciuium consilio, statui debeat, qui pro
 honore & fidelitate nostra sufficiens & idoneus uideatur, ad idem
 officium exercendum. Præsentis prohibentes edicto, quatenus iu-
 dex nullus à nobis, uel à rege, si ab aliquo successorum nostrorum
 pro tempore constitutus, nostra uel alicuius successoris nostri, uel
 sua præsumat autoritate, taliam que seu precariam in prædictos ci-
 ues facere, nec eos impetere siue cogere ad aliqd, seu nobis seu no-
 stris successoribus exhibendum, nisi quod & quantum dare uolu-
 erint de spontanea uoluntate. Præterea ex abundantia gratiæ in-
 dulgemus, ut nemini liceat prænotatos ciues ad aliquod seruitium
 pro ultra progredi prohibere, quin eo die, quo clara luce de do-
 mibus suis exierint, cum splendore solis regredi permittantur.

Ad hæc catholici principis partes fideliter exequentes, ab offi-
 ciorum præfectura Iudæos excipimus, ne sub prætextu præfectu-
 ræ opprimant Christianos. Cum imperialis autoritas à prisca tem-
 poribus ad perpetuam Iudaici sceleris ultionem, eisdem Iudæis
 induxerit perpetuam seruitutem. Declaramus insuper, & ob-
 seruare censemus, ut si quando contra quemque ciuium ciuilis uel
 criminalis actio intentetur, secundum uiam & approbatas consue-
 tudines ciuitatis eiusdem à ciuibus iudicetur : læsæ maiestatis cri-
 mine, uel prodendæ ciuitatis excessu, cum extat, exceptis. In quo-
 rum animaduersione, uelut testabilium criminum, licitè ciues &
 externos mandamus admitti. De duello uerò si quis ciuis impe-
 titur, si septima manu honestarum personarum expurgare se po-
 terit, eum ab impetitione duelli decernimus absolutum. Volen-
 tes & commodo studio prouideri, per quod prudentia docetur
 in populis, & rudis ætas instruitur paruorum, potestatem damus
 plenariam magistro, qui Viennæ per nos & principes nostros ad
 scholarum regimen adsumetur, ut alios doctores in facultatibus
 substituatur de consilio uirorum prudentium ciuitatis eiusdem, qui

*Cum uix bien-
 nium ea fruere
 tur libertate,
 ab imperio, &
 eodē Friderico
 secundo Cæsa-
 re, Friderico
 duci Austriæ
 iterū in fidem
 & obsequium
 est reddita Vi-
 enna.*

*Iudex ab impe-
 rio Viennæ cō-
 stituebatur, &
 erat summus
 magistratus o-
 lim.*

*Viennensium ci-
 uium libertas &
 priuilegium.*

*Iudæi, quorum
 multi quōdam
 Viennensis ur-
 bis ciues erāt,
 à magistratib.
 & officijs ar-
 centur.*

*Ciues Viennen-
 ses quomodo
 iudicandi.*

*Initium scho-
 læ Viennensis
 à Friderico se-
 cundo Cæsare,
 anno 1237.*

habeantur sufficientes & idonei, circa suorum studium auditorum. Cæterum sub augustalis felicitate dominiū continuum eadem recipiat nostra ciuitas incrementum, statuimus, ut omnes incolæ & aduenæ ibidem inhabitare uolentes, in nostra & imperij donatione, sub tuta & libera ab omni seruili conditione, liberi uitam agant, qui uidelicet annum & diem sine alicuius impetitione se pro ciuibus tenuerint, secundum iura, approbatas consuetudines ciuitatis, destinata quoque clementia sedis nostræ, quæ pacem & iusticiam comitatur in principe, decernimus et mandamus, ut quodocunque aliquis Viennensium ciuium naufragium incurrerit, res suas quas ab impetu torrentis, manus hominis asportauit, liberè possit repetere, & habere à quolibet detentore. Cum indignum penitus censeamus, misericorditer reliquias naufragij detineri per hominem, quibus rapacis fluminis sæuiens unda percipit. Statuimus itaque, & præsentis autoritate priuilegij prohibemus, quatenus nullus Dux, Marchio, Comes, Aduocatus, Scultetus, uel aliqua persona ecclesiastica uel mundana, humilis uel sublimis, contra præscriptæ gratiæ & concessionis nostræ tenorem uenire præsumat. Quod qui præsumpserit, in uindictam temeritatis suæ centum libras auri se compositurum agnoscat: medietatem uidelicet Camere nostræ, & reliquum passis iniuriam persoluendum. Ad quorum omnium prædictorum memoriam, & robur perpetuò ualiturum, præsens priuilegium fieri fecimus, & bulla aurea tympano maiestatis nostræ impressa iussimus insigniri. Testes huius rei sunt, uenerabilis Sifridus Moguntinus, & alij multi nobiles fide digni. Acta sunt hæc, anno Dominicæ incarnationis M. CCXXXVII. mense Aprili, decima indiçtione, imperante domino nostro Friderico secundo Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore semper Augusto.

Naufragij ciuium Viennensium priuilegiū.

Pœna & multa huius priuilegij.

CAP. VI. DE EA PRÆROGATIUA ac ornamento, quod *Vienna à Gymnasio accedit.*

Athens à Gymnasio celebrata.



Lycæum Platonis, & Ciceronis Academia et Tusculanū.

ATHENAS quondam, ingeniorū cultus, scientiarum omnium fons, & eorū hominū cōuenticulū qui eas aut inuenerūt, aut inuentas sunt interpretati, nō modo cæteris Græciæ ciuitatib. celebriores ac honoratiores, sed ipso uniuerso penè terrarum orbe, hūc locum angustum quidē, & nec magnitudine nec diuitijs Spartaē cōparandum, decantatissimū reddidisse, historica nobis fides ostendit. Quæ laudis prærogatiua Platonis Lycæum, Ciceronis Academiam ac Tusculanum, prædia tantum, & minimas uillas, eadem consequuta est. Itaq; etsi superiora encomia, quæ uel à Romanis Augustis & barbarorum regibus, eorumq;

eorumque isthic posita regia, uel ab ecclesia Christi, & nouo apud Germanos constituto imperio Vienne nostrae adiecta docuimus, cumulatissima esse appareat: & quae uel sola apud caeteras nationes, ipsamque studiosam ueterum rerum posteritatem, hunc locum commendare possint; maiori tamen faenore encomium huic urbi, & perpetuam, ceu quaedam laudis rationem accedere a Gymnasio, ac doctrinarum omnium conuenticulo crediderim. Nam si eas optimas et multo tempore duraturas Respublicas ratio dicat, in quibus uia salutis edocetur, & Domini nostri praecipua & leges explicantur, qui solus (ut ille inquit) ciuitates custodit, in quibus ad administrationis ratio quaedam integra, & gubernandae uel prouinciae uel ciuitatis uel familiae domusque leges, uirtutum ordines, uitiorumque incommoda, & docentur, et ex doctrina in continuo ciuium exercitio animorumque stimulo, ad exemplum uerae gloriae leguntur: in quibus praeterea morborum ac pestis contagiones, quae multas ciuitates exhausere, quo pacto euitari possint, aut contracte profligari, sapientes quotidie demonstrant. Quod si eas denique maximas fuisse, ac perpetuas ex his quaedam etiam manere constet, quae philosophiam, ueterem illam & ueram Rerumpublicarum gubernatricem in consortium adsciuerunt, quam multos ciuitatum conditores ad stabiliendam harum administrationem ab Aegypto usque petisse, Numam uero Pompilium hac sola Romanam dilatasse dignitatem, atque eod culminis euexisse, ut rerum per uniuersum terrarum orbem potiretur, T. Liuij et aliorum grauis auctoritas testatur. Sunt uero & mathematicae disciplinae, quae in Academicis inter caeteras docentur, ad conseruandas urbes, & fuere semper pernecessariae & utiles. Quod unus nobis Archimedes Syracusanus locupletissimo testimonio ostendit, qui Romanos tanto tempore patriam nequicquam obsidentes, ne caperetur, harum scientiarum adminiculo remoratus est. A triuio eadem procedit utilitas. Demosthenes enim patriam suam, quam defenderit isthoc genere, ne concideret, aut ab hostibus periculum sentiret, locupletissimo, habita ad Philippum regem oratio, argumento est. Et Ciceronem fama est, diu labentem patriam, orationis sugui atque ne cedere tenuisse. Proinde haec omnes simul scientiae, simulatque doceri Viennae coepte sunt, eam urbem, etsi aedificiorum magnificentia & amplitudine, loci amoenitate, priuilegiisque & commeantium frequentia, iam tum nulli secundam, multo tamen ex his quas paulo ante recensuimus causis reddidere celebriorem, & hoc solo splendore exteris quoque cognitam & suspiciendam. Et quemadmodum omnia mortalia caduca sunt, ne diu corruptionem haec sentiat ciuitas, aut a tot petita hostibus declinarit imminentem non semel perniciose, Academia Viennae posita, & a principibus terrae haecenus culta usque: a rege uero FERDINANDO, dno nostro clementissimo,

A' Gymnasio incrementu et laus Viennae accessit.

Mathematica disciplina in urbibus utiliter. Archimedes Syracusanus.

Rhetorica utilis reipublicae.

Academia Viennensis aucta.

tissimo, (qui dum hæc scriberemus, rerum non modo Viennæ, sed per uniuersam adeò Pannoniarum, Norici, Rhætiarumq; terram potitur) mirum in modum aucta, & suis subinde donatiuis locupletata, uel sola uel maxime causa fuit. De cuius exordijs, hæc ferè deprehendimus (nam de magistratu huius, proximo à nobis libro fuis dicetur) quemadmodum & superiori capite diplomatis exemplum adductum ostendit, à Friderico secundo imperatore, Siciliae, Apuliae & Hierusalem rege, prima istius fundamenta iacta esse, anno à nato Christo M. CCXXXVII. cum eius modi ac tam amplū ludum literarium is Cæsar Vienne aperuisset, ut in facultatibus etiā doctores haberet prælegentes: ut nō solū collegiū ciuile, qd adhuc patentissimis ludi edibus cōiunctū cernit, sed ista etiā diplomatis uerba superius adducta de Vienne prærogatiuis coarguunt, quæ sic habent: Volentes et commodo studio prouideri, per quod prudentia docetur in populis, & rudis ætas instruitur paruorum, potestatem damus plenariam, magistro qui Vienne per nos & successores nostros, ad scholarum regimen adsumetur, ut alios doctores in facultatibus substituatur, de consilio uirorum prudentium ciuitatis eiusdem, qui habeantur sufficientes et idonei circa suorum studium auditorum, etc. Hæc ex prærogatiua Friderici secundi Cæsaris Viennæ nostræ concessa: ex quibus apparet, prima Academiae Viennensis exordia à Friderico secundo imperatore posita esse, ante annos adhuc trecentos & plures, quam nulla per Germaniam (Colonienli solo excepto) Gymnasia uetustatem referunt. Hæc anno postea centesimo & decimonono aucta porro, & præmijs, & prælegentium numero locupletata, & à diuini Stephani æde ad castrum recens, ab Ottocaro Bohemiarum rege & Austriae duce constructum, ad ipsa urbis mœnia translata, in ueram Gymnasij amplitudinem excreuere. Author fuit Albertus secundus hoc nomine Austriae archidux, quem ab euentu Contractum cognominant. Is nouum auspiciatus Gymnasium, in foro quod hodie porcorū uocant, & in uicinia tēpli Augustinianorū, sub annū Salutis nostræ MCCCLVI. doctissimos ex Lutecia Parhisiarum theologos in huius rei foelix auspiciū accersiuit, Henricum ab Hassia, & quendam à Dunkhlsbuehl, collegio constituto (ut ex annalib. deprehendi) his ædibus, quas hodie Schaunburgenses comites possident. Extant adhuc hodie multorū theologorū & iuriscōsultorū in proximo Augustinia norū cœnobio sarcophagi, eodē tēpore isthic, cū primū à fundamētis surgeret, sepultorū. Quæ res annalib. subscribit. Atq; hoc in loco cū uix decenniū Gymnasiū cōstitutū, augmentū paulatim ac uires concepisset, doctis indies magis magisque Viennam cōfluentibus, tandē sub annū salutis nostræ MCCCLXVI. Rudolphus hoc nomine quartus archidux Austriae, eo ipso tempore, quo magnificam turrem, ac aliquot amplissimas testudines, parochiali omnium

Prima exordia Academiae Viennensis, anno 1237.

Verba priuilegij de Academia.

Locus Academiae translatus ad Augustinianos et castrum.

Gymnasium Viennense uetus auctum & reformatum ab Alberto secundo duce Austriae.

Sepultura doctorum primorum academiae Viennensis in templo Augustinianorum.

omnium sanctorum templo, cum cathedrali præpositura adiecisset, magnam rem animo agitans, & locum simul Gymnasij & præmia professorum mutauit. Nam cum illud è castri & Augustinianorum templo ad Templariorum relictas ædes, hoc est ab occidentali urbis plaga ad orientalem transposuisset, ad locum uidelicet & quiete & salubritate, studijs ac musis commodiorem, annum præterea censum, unde professoribus præmia distribuere, ex omnium Austriae locorum maxime telonio in ipso municipio, ex innata principis liberalitate adiecit, & omnium totius Germaniæ gymnasiolorum Viennæ amplissimum frequentissimumque perfecit. Cuius confirmationem filius postea Albertus hoc nomine tertius cognomento cum trica, ab Urbano Romano pontifice summo impetrauit, à Christo nato MCCCLXXXIII. Atque ita his initijs augmentisque Viennensis Academia, quæ superioribus annis totius Europæ frequentissima ac longe celeberrima fuit, posita fuit, & in Templariorum (qui paulo ante proscripti ab Apostolica sede, imperioque Romano fuerant) relictis ædibus, stubarum portæ (ut uocant) Viennæ, & Dominicanorum cœnobio, proximis confirmata. In qua domus primæ erant, collegium Ducale, Templariorum quondam regia, ubi theologiæ, artium liberalium ac philosophiæ quatuordecim professores habitabant. Aula quam uocant, amplissima domus, ubi conuenticula Gymnasij fiunt, declamationes, disceptationes publicæ, & in artibus ac philosophiâ promouendorum examina. Huic è regione opponitur Academia xenodochium, ubi admirandi operis bibliotheca, Cunradi Celtis, Andreæ Peurbachij, & Ioannis de Monte regio preciosa uolumina continet. His paulatim prouinciarum Austriae facultates suas quæque proprias adiecere, in quibus suos alerent: Austriaci, Agni contubernium: Viennenses, Rosarum: Salisburgenses, Styrij & Vuerstburgenses, quam uocant Bursam Haydenhaym: Sueui, Vuirtenbergenses, ac Vlmenses, Liliorum contubernium. Habent & Silesij peculiâres in tractu Academiae ædes, & Hungari Bursam quam Christi uocant: & aliâ à ponte dictam, Austriaci ac Carniolani Agni contubernio cõiunxerunt. Est & iurisconsultorum domus, iuris utriusque prælectionibus una peculiaris & certa distincta, in qua tres iuris colunt professores: quibus nostra ætate Ferdinandus Cæsar & Austriae archidux quartum adiecit. Tum medicos proprias seorsim concilijs suis addictas ædes habuisse constat, quas incendio consumptas nostra memoria uendidere. Constituerunt & pauperibus pijs quidam homines ædes quasdam certas, in quibus literarum alumni ex quotidiana stipe aluntur, quas Codrias uulgo dicunt, Aurei montis, Aurei leonis, & quæ intercidit Pankheta. Porro in hoc quondam Gymnasio, primi principes, ex noningentorum aureorum annuo censu in telonio Ips designato, aiebant tres theologos, quatuor iureconsul-

Gymnasiū Viennæ auctū, et è tēplo Augustinianorū ad Dominicanos translātū, ubi adhuc hodie est.

Gymnasio Viennēsi extrema manus impostā.

Confirmatio Gymnasij Viennēsis à Romana sede. Vbi Gymnasij Viennensis locus cōstitutus. Collegiū ducale.

Aula Academiae. Bibliotheca Academiae.

Bursæ Academiae Viennensis.

Domus iurisconsultorum.

Domus medicorum. Codria, hoc est pauperum contubernia.

Primi lectores
Viennenses.

Lectorum nume-
rus & salaria
aucta à Ferdi-
nando rege.

iureconsultos, tres medicos, & duodecim artium & philosophiæ
professores, qui uulgo collegæ ducales appellantur. His Maximili-
anus Cæsar ante nostram memoriam tres professores adiecit, Rhe-
torices, poetices, & mathematices. Nostra ætate & professorum
& salariorum numerum Ferdinandus Cæsar & Austriae princeps
duplicauit: amplissima sacras literas, diuinas leges, saluberrimã me-
dendi artem, ac cæteras philosophiæ ac mathematicum, rhetorices
quoque, poeticesq; scientias doctibus, præmia largitus, quibus
quinque de nouo professores addidit amplo stipendio cõductos,
Hebraicarum literarum, græcarum, poetices, ethices, & dialectices.

CAP. VII. DE EMPORIO MA-
ximarum Europæ nationum Viennæ constituto, &
encomio quod inde huic oppido accedit.



Respublicæ et
urbes celebres
emporij apud
ueteres.

Emporium quan-
do Viennæ cõ-
stitutum.

Mercium gene-
ra Viennæ de-
positarum.

Bohemorum &
Polonorum in
Austria et Vi-
enna mercatu-
ra.
Italorum Viennæ
mercatura.

Eddidere & emporia, ac commeantium diuersarum na-
tionum consortia, quæ merces è longinquis terris ad-
ducerent, quasdam celebres urbes, & ad respublicas ma-
ximas potentissimasq; constituendas, adiumenta dede-
re haud uulgaria. Quæ res Aegyptum toto orbe terrarum decan-
tatissimam, ad hunc diuitiarum prouexit aceruum. Apud Græcos
Corinthus quoq; & in Gallijs Massilia, Italia uerò Neapolis, quod
ad eas urbes frequentes mercatores commearint, scriptoribus cele-
bratæ sunt. Quod nostra memoria, in Venetiarum, Genuensium,
& Anduerpiensium rebus publicis, & apud Germanos in Norim-
berga & Augusta fieri uidemus. Hanc rationem consequendi in-
cremēti & Vienna nostra adepta est, locus uidelicet in meditullio
Germaniæ, Italiæ, Hungariæ, Sclauoniæ, Bohemiæ & Poloniæ si-
tus, quod ex omnibus his prouincijs ab anno Domini 1100. sensim
transmigrare institores ac negociatores cõsueuerunt, tanquam in
commune diuersorium. Postea accedente principum terræ priui-
legijs, suas cuiusque nationis negociatores isthic merces deponere
consueuerunt: quæ uel in Hungariam, Turciam, Seruiamq; & Vua-
lachiam nauigatione Danubij, uel plaustris in Bohemiam, Poloni-
am, Silesiam, et rursus in Sclauoniam, Dalmatiam, Istriamq; et Itali-
am, traducebantur. Transportantur autem ex Germania per Da-
nubium Viennam, & inde in Hungariam latius ferreæ merces, fru-
menta, pilei & uestes, ex Hungaria rursus & Mœsia reuehunt ar-
menta, & boum pelles. Ex Italia Viennam traducuntur uina, uil-
losi & serici panni, fructus transmarini, simplicia, ac cæteræ uitæ de-
licia. Poloni Bohemiq; è Vienna uina ducunt, & in uicem hale-
ces ac cætera piscium falsamentorumq; genera, pannos & cereuisi-
am remittunt. Itali quoque è Vienna nostra glessum, spicam celti-
cam, aurum, argentum, ac picis genera petūt. Quod de glesso à Pli-
nio quoque est animaduersum libro 37. capite 3. Centum ferè mil-
libus

libus passuū (ait) abest à Carnunto littus Pannoniæ, quo id à Germania inuehitur percognitū nuper. Et præmittēs de glessi siue succini negociatione: Affertur à Germanis (inquit) in Pannoniam maxime prouinciam. Inde Veneti ptimum, quos Græci Hennesos uocant, rei famam fecerunt, proximi Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum. Hęc Plinius, ex quo apparet, in uicinia Viennæ, non nostra modo tempestate, sed superioribus etiam, dum Romani rerum potirentur, seculis, celebre emporium fuisse. Carnunti enim rudera, in pago diuæ Petronellæ, sexto à Vienna milliario superesse, proprio seorsim libro docebimus ex eodem Plinio lib. 4. cap. 12. Liuij libro tertio Decadis quinte, Velleio Paterculo, Eutropio & Orofio in M. Aurelij historia, Marcellino libro 29. & 30. & Eginharto in belli Pannonici aduersus Auares gesti à Carolo magno explicatione. Itaque uetus hoc quod in Carnunto apud Romanos emporium fuit, superioribus etiam dum seculis in uicino ad alterum lapidem loco, quem Haymburgum dicunt, ueterem principum Austriæ sedem, celebre fuit, Sueuis potissimum cognitum, qui ibi merces Budā transferendas in Hungariā deponebant, ab eo loco Viennā Leopoldus sextus dux Austriæ traduxit, sub annū Saluti nostræ M. C. C. exhibito ciuibus desup priuilegio, qđ sic habet.

In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen. Leopoldus Dei gratia dux Austriæ & Styriæ, uniuersis Christi fidelibus tam præsentibus quàm futuris, in Domino salutem, & in perpetuum. Gloria Principū latius uberiusq; per pacem & quietem subditorū elucescit, quando fama clementiæ & diligentia protectionis extenditur in posteros: salutem quoq; meretur à Domino, cum eos quibus præsumunt, bonis & honestis consuetudinibus & institutis ab enormitatibus, quibus non solum corpora, sed & animæ perduntur, cohibent, & ad iusticiæ tramitē cōuersationemq; bonā, & cuiuslibet proximo suo utilē iuris seueritatem perducunt. Hinc est, quod nos ciuium Vuiennensiū nostrorū deuotionē, petitionemq; affectuosam pie animaduertentes, donauimus ipsis ac posteris eorū, iuxta consiliū & admonitionē fidelīū ac ministraliū nostrorū, perpetua statuimus donatione iura, per quæ clementer eorūdem prouidimus paci & trāquillitati. Statuimus igitur in ciuitate, Centum uiros fideiōres de singulis uicis prudētiorum, quorum nomina in chartula speciali notata, iuxta priuilegium hoc semper habeantur: & si unus illorum moriatur, alter statim in locum suum communi consilio substituatur. Nos ad hoc instituimus, ut omnis emptio & uenditio, pignoratio, donatio prædiorum, domorum, uinearū, uel quarumcunque rerum, quæ æstimatæ fuerint ultra tria talenta, & quodlibet negocium arduum et memoria dignum, coram duobus uel pluribus illorum Centumuiorū celebretur & agatur. Quicunq; ergo ciuium ex his C. testibus habuerit duos, quorum unus

K moriatur,

Emporium in
Haymburgo
Austriæ.
Quando em-
porium Viennæ
constitutum.

Exemplū pri-
uilegij de Em-
porio Viennæ
constituto.

Centumuiros Vi-
ennæ creatur.

Officiū Cen-
tumuiorū
Viennæ.

moriatur, hic cum solo illo superstitite, & alio quocunq; credulo uiro testificetur. Denique quicumque illorum centum testium noluerit coram iudicio, uel alibi coram ecclesia esse testis alicuius de re quam nouit, Iudex compellat eum ad testimonium ferendum.

*Leges de pu-
pillorū bonis.*

In quo si contumax fuerit, & alius sit per eum damnatus, uolumus ut in poenam contumaciæ illi damnus suus emendet. Inhibemus etiam, ne qua uidua, bona paruorum suorum, qui hæreditariè eos contingunt, uelit conferre alteri uiro, cui postea nupserit. Nec uir talis possit ferre testimoniū super bonis talium paruorum, qui ad annos nondum peruenerint discretionis, nisi arripuisset annos uoluntate & ad sensu eorum sibi bona illa foro uel aliquo pacto congruo comprobauerit, ipsum bona quietè possessurum censemus.

*Constitutio, si
moriatur quis
cum testamen-
to, & ab inte-
stato.*

*Vidua olim mi-
litibus nubere
prohibebatur.*

Statuimus etiam, quod quicumq; ciuium moriatur, si uxorem habet, uel liberos, Iudex se non intromittat de bonis, uel de domo ipsorum: sed sint in potestate uxoris & liberorum. In arbitrio quoque sit uiduæ, non nubere, uel nubere cuiquam uelit, quod nemo habeat inde aliquid facere, dummodo nubat ciui, & non militi.

Si uerò militem duxerit, persona sua & res in gratia & uoluntate nostra persistant. Id ipsum & statuimus de filia, & de nepte cuiuslibet ciuium, quod & de uidua. Si autem is qui moritur, non habet uxorem, uel liberos, in ordinatione sua consistunt bona sua.

*Quomodo hæ-
reditas aduen-
da.*

*Constitutio de
aduenis & ex-
traneis Vien-
næ mortuis.*

*Aduena à testi-
monio super ci-
uem prohibe-
tur.*

*Exordia tempo-
rij Vienna cō-
stituti, et quo-
modo merces
Viennæ depo-
sita.*

Qui si decefferit absque testamento et ordinatione rerum suarum, bona sint proximi hæredis sui, si locatus fuerit infra terminos nostros. Si uerò hæres sit extraneus, nihil cedat ei, nisi se stabiliter transferat in ciuitates nostras, uel super alia bona nostra in Austria, sed omnia bona nobis cedant. Item uolumus, quod undecunq; uenerit aduena, si moriens aliquid ordinauerit de rebus suis, rata eius maneat ordinatio. Hospes eius in cuius domo moritur, statim summā bonorum suorum corā ciuibus & iudicio manifestet; & si fraudulenter quid fortasse retinuerit de bonis illis, eorundem fur reputetur. Si uerò moriens nihil ordinauerit, ciues bona custodiant defuncti annum & diem. Infra quod quidē spacium, si aliquis uenerit, qui se hæredem, uel socium, uel creditorem legitime ostenderit, eidem absque conditione assignentur bona defuncti, quæ eum cōtingunt. Si autem nemo uenerit, duæ partes bonorum illorum nos contingant, tertia pars detur pro anima illius: & ubicunq; aduena uelit sepeliri, liberum habeat arbitrium. Statuimus etiam, ne aduena aliquod testimonium possit ferre super ciuem, nec ciuis super aduenam, cum his qui dicuntur leykhauf: quin habeat alios testes bonos, & honestos cum illis. Volu-

mus etiam, ut si aduena ciui, uel ciuis extraneo aliquid uendat, & alter hoc pro bono recipiat, Iudex inde nihil iudicet, quin alter eorum ei faciat querimoniam. Nulli ciuium de Sueuia, uel de Ratisbona, uel de Patauia liceat intrare cum mercibus suis in Hungariam.

riam.

riam. Quicumq; contrarium fecerit, soluat nobis duas marcas auri, Nemo etiam extraneorum mercator moretur in ciuitate cum mercibus suis ultra duos menses, nec uendat merces quas adducit extraneo, sed tantum ciui: & non emat aurum, neq; argentum. Si habeat aurum, uel argentum, non uendat nisi ad cameram nostram.

Item præcipimus, ut nullus extraneorum intret ciuitatem cum arcu tenso, sed ante portam ciuitatis cordam arcus dissoluat. Et si habet aliquid tractare in ciuitate, in hospitio suo arcum relinquat, & peractis negotijs exeat ciuitatem arcu non tenso. Quicumque contrarium fecerit, auferatur ab eo opportunè arcus & pharetra.

Nulli etiam ciuium licet exire ciuitatem, uel intrare, cum arcu tenso. Si quis contrarium fecerit, & apud quemcunque sagittæ cum ferramentis uel manibus gestare infra murum deprehensæ fuerint, dabit iudici nostro LXXII. denarios. Et cuiuscunque ciuium domo ignis, uel incendium exortum fuerit, ita ut flamma ultra tectum domus illius conspiciatur, ille dabit iudici unum talentum.

Si uerò domus eadem tota exusta fuerit, iudici nihil soluat, sed sufficiat sibi proprium damnum. Item apud quemcunque in ciuitate inuenta fuerit iniusta mensura, quæ dicitur Ham, uel iniusta uina, uel iniustum aliquod genus ponderis, iudici soluat quinque talenta.

Placet etiam, ut pro quacuncq; causa Iudex ciuitatis lucretur unum talentum. Subiudex & præco, ab eo qui illud dederit, habeant triginta denarios. Si Iudex haberit unum talentum, ipsi ab eo accipiant xv. denarios. Et sic de magno & de paruo, secundum quod prouenire potest. Denique statuimus, ut XXIII. ciuium, qui potentiores in ciuitate inueniri potuerint, iuramento confirmet, quod disponant de mercatu, & de uniuersis quæ ad honorem & utilitatem ciuitatis pertinent, sicut melius sciuerint. Et quicumque idem in hoc agant & disponant, Iudex ciuitatis nullo modo audeat irritare. Sed quicumque in aliquo illorum contra XXIII. statuta fecerit, soluat Iudici pœnam ab ipsis institutam. Et hi uiginti quatuor, quanto sæpius cõueniant pro disponendo statu ciuitatis.

Quicumque deprehensus fuerit in adulterio cum uxore alicuius uiri secularis, Iudex non iudicet, sed plebanus huius loci. Ut autem nostra donatio tam à nobis quàm à successoribus & posteris nostris in perpetuum rata & inuiolata permaneat, præsentem paginam super hoc scribi, sigilli quoque nostri caractere roborari, subscriptione que testium perenniter iussimus muniri. Datae Viennæ, anno à Domino nostro Christo nato MCCCXCVIII.

Atq; hæc de prærogatiua emporij Viennæ constituti, quando & à quo, aut cuius auspicio illud primum omnium inceptum sit. Quæ res nõ modo huic urbi magna incrementa dedit, sed ciues in super copiarum congestu, ad insolitam opulentiam euexit. Ut multi

culo, sed

Solis Viennen-
sibus merces in
Hũgariã trãs-
portandius et
prærogatiua
concessã.
Nota mirũ mo-
rem de arcu.

De incendio
pœna propo-
sita.

Leges et pœna
de mensuris.

Iudicis mul-
ta, quam ad-
huc hodie exi-
gunt.

Viginti qua-
tuor uiri Vien-
nenses postea se-
natores dicti,
& hodie diuisi
in adfessores
consulis, et ad-
fessores præto-
ris.

Pœna adulte-
rij.

Emporiũ cau-
sa diuitiarum,
quib. quõdã Vi-
ennenses abut-
dabant.

tradantur ciuium tantam quondam comparasse rem, ut non cal-
culo, sed patinis aut lance numismata in numerū ponderisq; ratio-
nes collegerint. Quod de Vdalrico Perman, & quodam Aphio
Permanorum familia. memoria repetunt. Quorum item postremo ab euentu insignia pi-
cta à principe erāt, quod patina uidelicet uim auri argentiq; princi-
pi aliquādo indigentia laboranti numerasset, et remunerare subdi-
Aphiorū familia, qui habebant Austriæ insignia cum patina. ti sui fidē dexteritatēq; animi dux uellet, Austriæ fertur illi insignia
contulisse, patina interiecta. Quæ adhuc hodie insignia, in fenestra
templi diui Stephani picta cernuntur, tumulo quoq; proximo ean-
dem picturā referente. Porrò extat adhuc hodie emporiū Vien-
Budense emporium Viennam translatum. næ non modo non imminutum, sed multo etiam, ob continua bel-
la, quæ Austriaci cum Hungaris Turcisq; gerunt, celebrius reddi-
tum: præsertim simulatq; Buda Hungariæ metropolis in Turcarū
tyranni uenisset potestatem, & Christianam exuisset pietatem, ubi
magnū Politirion superioribus annis erat, qđ hac occasione Vien-
nam quoq; in Austriam translatum est, & priori coniunctum fuit,

CAP. VIII. DE ENCOMIO

*Viennæ, à fide & obsequio ciuium in
Principem suum.*



AD EM prærogatiuæ laus incrementiq; ratio, à subdito-
rum ciuiumq; in principes suos fide, plerisq; accessit nō
rebus publicis solū, sed minimis etiā municipijs, cum in
*Fides Atheni-
sum in princi-
pes suos.* utraq; fortuna idē dominis obsequiū præstitissent, aut
laborantibus præsidia debita non denegarint. Quæ res uidetur A-
theniensium Romanorumq; non minimum administrationem ex-
tulisse. Nam Leonide, Codro, & Milciadi, etiam post mortem, gra-
tam posteritati memoriā, Marathonix pugnx pictura Athenien-
ses fecerunt: Demetrio uerò Phalereo ab eandē pietatis fideiq; cau-
*Fides Romano-
rū, in magistra-
tus suos.* sam trecentas statuas posuere. Tum Romani ciues quoties nō ma-
gistratibus suis, non pectoribus proprijs solum, sed uniuersa etiam
re ornamentisq; oblati, à presentibus periculis urbem suam serua-
*Ciuū Viennen-
sum fides erga
principes
suos.* runt: Quos imitati Viennæ nimirum ciues, principum suorū cum
studio obsequia usq; obseruasse reperiuntur; & fide aduersus pe-
ricula etiam rerumq; suarum perniciem contumaci, in utraq; fortu-
na indissolubiliter alligati perstiterunt. Cuius rei ex multis pauca te-
stimonia recensibimus. Leopoldo enim sexto Austriæ principe,
Babenbergensis adhuc stirpis, qui Ducalē titulū tertius usurpauit,
anno labente à nato Christo 1198. rerum per Austriam potito, Vi-
*Gratia Vien-
nensium apud
Lupoldū sex-
tum, anno Do-
mini 1196.* ennenses cū omne tempus studiumq; posuissent, non solū in prin-
cipis sui affectu obseruando, sed bonis insuper artibus, & rectè ad-
ministrata urbe, gratiam uiresque apud suum principem quæsi-
uissent, cum heri amorem in se fauoremq; excitarunt, ut ingentem
pecuniæ

pecuniæ summam, quo quæstum instituerent, mutuò datam, ac ultro penè oblatam, accipere meruerint, additis priuilegijs de nouo Viennæ emporio cōstituto, & è Haymburga translato: grauibus quoque rescriptis, quibus ad solutionem cogebat pijsissimus princeps Viennensium debitores. Atque ea munificentia ciuium studijs impartita, breui ad eam opulentiam magnificentiamq; eam urbem euexit, in qua hodie, nullo uel amplissimo Germaniæ, Galliæ, Italiæq; oppido inferiorem uidemus, ditissimis insuper ac amplissimis quibusq; profapijs eo in loco fortunæ munia fouentibus, de quibus sub finem proximi libri à nobis dicitur. Atque eadem ciuium urbis nostrę studia fuere erga filium huius Lupoldi, nomine Fridericum, hoc nomine in domo Babenbergensi secundum; nec minor fides erat. Cui rerum aliquando magna laboranti indigentia, tres potentiores ciues, Vorlauf, Schurwürfl, & quidam Cunradus, incredibilem pecuniæ uim non mutuò dedisse, sed donasse etiam feruntur, & hanc (quæ tum maxima erat) in iuuando principe suo liberalitatem præstitisse. Proinde cum is quoq; primus id temporis Austrię archidux, Romam ad Cæsarem Fridericum profecti onem institueret, grauibus de rebus cum eo acturus, magnis impendijs tum à Viennensibus instructus ad iter princeps, & magni nominis lociq; aliquot ciuibus eò comitatus erat. Quorū in annalibus nomina reperi, Vdalricum Leuthari filium, Baltramū, Leubmannum, Rudolphum, Serrantum, Ottonem à foro, & quendam Ottonem filium Hanen. Ab his deductus Romam, lætis animis summo cum honore, cum à Pontifice, tum à Cæsare exceptus illustrissimus Austriæ dux fuit. Cuius rei causa non minima ciues Viennenses erant, quorum tam splendidus comitatus principem commendatiorem reddidit, qui antea imperio ecclesiæq; inuisus fuerat. Itaque consuetudo ea tenuit deinceps, suntq; eo honore Viennenses ciues à principibus suis dignati, ut ipsi ex castro suo in prætorium urbanū quottidie descenderēt, cōmunibus cum ciuib. suis auspicijs consilijsq; de iure, legibus ac republica administranda tractaturi. Hoc demonstrant diplomata, quorum non pauca sub finem huiusce rei meminere: nempe acta ista esse & constituta, dum cum ciuibus Viennæ sedens dux in prætorio consultaret. Porro nec eo tantum fauore Viennenses superiorib. seculis imbuti erāt, sed eadem gratia ipsedemq; studijs & ante nostram memoriā apud Maximilianum Cæsarem, & hodie pollent adhuc apud Ferdinandum inuictissimum Rom. Hungariæ & Bohemiæ regem, Austriæq; archiducem. Quod tot posita propugnacula docent, tot pericula damnaq; annis retroactis uiginti & pluribus accepta. Quæ tamen et dissimulant optimi ac fortissimi uiri, et contra nituntur audacius, morituri potius, aut extrema passuri, quàm fidem exuant, aut principum suorum rem fortunamq; minus cordi quàm

Princeps ciuibus Viennensibus pecuniæ summā mutuò dedit. Princeps Austriæ debitores Viennensiu ad solutionem cogebat.

Fides ciuium Viennensiu in Fridericū penultimum ducem Austriæ de stirpe Babenbergensi.

Viennenses ciues ducem suū comitati sunt Romam.

Duces Austriæ in domū senatoriā urbana descendunt.

Ciuū Viennensium erga Ferdinandum regē fides & obsequium.

*Equestris ordo
Viennæ.*

*Ferdinandus
Rex quibus ho-
noribus Vien-
nenses afficiat.*

*Catalogus Vi-
ennensium lo-
co aliquo à Fer-
dinando rege
habitorum.*

propriam esse sinant. Qua de re tot sunt immunitatibus, preroga-
tiuis, honoribusq; ab hoc principe affecti Viennenses, ut iam ite-
rum elucescat aureum seculum illud, Ferdinandi principis ductu
munificentiaq; quo Equestris ordo (qui olim frequens Viennæ fu-
erat, & unde maximi quicq; Austriæ reguli genus repetit) postlimi-
nio denuò in hâc sit urbē relatus. Jam enim tot à cōsilijs, & tam præ-
stantibus uiris è numero ciuium Viennensium, maximis in rebus,
& maximè necessarijs is uti princeps solet: non dico de his, quos
quotidie ad equestrem ordinem nobilitatisq; splendorem, cæte-
rosque honorum gradus ac prærogatiuas sustollit, rebus bellicis,
frumentiq; procurationibus quotidie præficit. quos honores su-
periores principes, non nisi maximis, & summo loco natis, sum-
maq; industria præditis, conferre solebant. E' multis paucos recen-
sere libuit. IOANNEM BAPTISTAM PACHAELEB, iuris cō-
sultissimū uirū, nobili genere ac uetusto inter Viennenses ortū, Fer-
dinandus rex non modo ad consilia adsciuit, sed maximo insuper
munere Fiscī aduocati, in his quæ Austriæ ditionem contingunt, re-
bus maximis ac grauissimis, insignito, utitur quotidie. STEPHA-
NUM quoq; DENKHIVM, Consulis officio iam quinquenniò fun-
ctum (quod ante hæc tempora insolitum erat) ultro et ad equestris
ordinis subsellia, & ad consilia uocauit: & dum hæc scriberemus, uil-
losi serici ueste, ob bene administratam Rempubicam, donauit.

HERMETEM quoq; S CHALLANTZER, consularē uirū, auun-
culum nostrū, & ad consilia admisit, & frumenti procurationibus
præposuit. FRANCISCVM IGLSHOVER, uetustissime ac no-
bilissimæ ex Styris oriundæ familiæ, Scriniorum urbis Viennensis
magistrum, agnatum nostrum, non modo ad secreta, sed ad sum-
ma insuper consilia cooptauit. Eodem loco fauoreq; apud Fer-
dinandum Ro. regem & Austriæ archiducem sunt, LADISLAUS
EDLASPERGER, mercatorum prætor: & qui consilijs Austriæ
assidet, STEPHANVS SCHVVARTZ, I. V. doctor, & alij è ciuib.
plures. Quorum, uitam cum morte commutarunt, VICTOR
GAMP, I. V. doctor, & Fiscī aduocatus Austriæ: PAVLVS &
LEOPOLDVS PERNFVES, omnes agnati nostri. Et ne me, qui
maternā tantum stirpem ueterem numero, expertem regiē munifi-
centiæ idem Princeps dimitteret, cū nostrā illi fortè Austriæ choro-
graphiam obtulisset, in equestrem ordinē allegit, trib. aureis a-
laudis, ueterum Austriæ marchionum insignibus adie-
ctis, preciosa insuper uillosi serici ueste
donatum.

LIBRI SECVNDI

Finis.

RERVM VIENNENSIVM LIB.

ber tertius, de magistratibus urbis Viennensis, & principibus eiusdem, auctore Vuolfgango Lazio Viennensi Philosopho & medico,

CAP. I. DE MAGISTRATIBVS

urbis Viennensis, in genere.



TRIPLEX Viennæ magistratus est, ecclesiasticus, Reipublicæ capessendæ communis, & medi-
dius qui Academię est. Quorum ecclesiasticus li-
bro superiori à nobis ad fidem rerum distinctus
est. Qui uero in Republica administranda confi-
stit, triplex est: Ducalis, prouincialis, & oppida-

*Triples in ge-
nere Viennæ
magistratus.*

nus. Duces enim Austriæ cum tot accessione prouinciarum, domum auitam reddidissent auctiorem, & subinde foras euocati, in negotijs cum publicis tum priuatis, in re præsentī non semper forent: ut essent, qui æquitate subditorum explicarent causas, prouincialium prouocationes exciperent, simulq; detrimenta, pericula, comoda incomodaq; regionū Austriacarū pensitarēt, ac uectigalibus ærarium auferent, rationibus denique recensendis procurationibusq; præessent, quatuor intra urbem magistratus cōstituerent: quorum Regimentū supremum uocant, cui, qui ducis uices gerit, cum seriniorum magistro, in ducali castro præsidet: quod inferiorū Austriæ prouinciarum, Austriæ inquā utriusq; Charinthiæ, Styriæ, Carniolæ, Cilij, Goriciæ que, criminantibus passim incolis postremum patet, causasq; & publicas & priuatas omnes distinguit. Secundum, Fiscum, uel (ut appellamus) Cameram dicunt: quo loco magistratuq; annua omnium prouinciarū uectigalia expediuntur, & procuratorū eorundem rationes recensentur. Huic subsunt cætera duo, (ut uocāt) Handgrauiatu et Telonij Danubiani, Handgrauius, quem Romani Triumuirū mensariū uocabāt, mercatorū controuersijs, (qui eò ex Italia, Hungaria, Polonia, Sclauonia, Bohemia, ipsaq; Germania uniuersa frequētes cōfluūt) dirimendis, ac præcipuè boum cōtractib. qui ex Hungaria in Germaniā per austriā innumeri annuatim abiguntur, itemq; mensuris ritè constituendis uenditorum præficitur. Qui suos habet in laboris participatū adiunctos, & cōsiliarios et ministros. Telonarius uerò, uectigalibus Danubij recipiendis, et mercib. que ex Sueuia et Bauaria frequentes in Austriā et Hungariam deuehuntur, itemq; nautarum & aurigarum controuersijs, aliorum ue, si que ad Danubij ripam exorte fuerint, remouendis, à duce eius que Fisco cōstituitur. Cæterū prouincialis magistratus duplex est: alter que

*Causa magistra-
tuū à priuice
constitutum.*

*Regimentū Vi-
ennense supre-
mus magistra-
tus.*

*Fiscus Vien-
nensis, uulgo
Camera.*

*Officiū Hand-
grauij per Au-
striam.*

*Officiū Telo-
narij Danubi-
ani.*

*Prouincialis
magistratus,
uulgo die Pey-
sitzer im Land-
hauß.*

quondam

quondam prætorio à Romanis dicti, præfident. Hi cum quibusdam ex omnibus Austriæ ordinibus, in consiliorum laborisq; cōfortium adscitis, in domo quadam magnifica (quam prouincialem inde appellant) libellorum responsiones audiunt, & decreta pronunciant. Alter uerò prouinciæ magistratus, prouinciæ reb. cōstituendis, quæ uel censum annum principî numerādum, uel imminētis belli pericula contingunt, præest. Ex omnibus Austriæ ordinibus (ciuibus exclusis) hoc est Prælati, Baronibus, siue patricijs, & Equestris census nobilibus, accumulatus est. Quorum decretis concipiendis, ceu superiori, quem prouinciæ scribam uocāt, ita huic quidam à secretis adsciscitur. Hos consequitur ultimus oppidanus magistratus, qui triplex est. Prima sedes senatui urbano datur: ex duodecim uiris is constat, quos decuriones Romani municipales uocabant, quib. Consul præfidet, præfecto urbis à duce, & scriniorum peculiari magistro (quem scribam urbanum uocant) ciuiū sumptu adiunctis. In eo senatu ciuiles actiones expediuntur, codicilli & testamenta proponuntur, ac pupillis tutores designantur, & si quæ cætera cōmoda incommodaq; urbis dispiciuntur: quæ partim ab ipso consule, partim à fisci urbani præfecto (quem Camerarium dicunt) curantur. Proxima sedes locusq; Prætoris urbani est, quem iudicem uernacula lingua uocant, cui in consilij societatem, duodecim item uiri tribuuntur: qui seorsim in prætorio proprio, à subsellijs nomenclaturam usurpante, pecuniarias causas, creditorias, debitoriasq; & omnes adeo criminales actiones distinguunt, ac facinorosos morte condemnant, & per quaestiones habent, Duumiri quondam Romanis dicti. Hunc ponè sequitur ultimus & infimus magistratus, quem uocant senatum exteriorē, qui septuaginta duobus constat uiris. Ex horum numero rationibus tutorum recensendis, uectigalibus portarum exigendis, censu annuo agendo, certi, triumiri item nocturni, ædiles ac pontifex eliguntur. Ipsi non nisi summa ingruente necessitate, & temporibus Reipublicæ turbulentis, omnes à Cōsule conuocant, et in communem ciuitatis rem consilia conferunt, de quibus omnibus ordine sermo à nobis instituetur, exordio à ducibus sumpto.

CAP. II. DE PRINCIPIS

magistratu.



Causa magistratuū à principe constitutorum.

Prætorium Viniensis principis semper extitisse magistratum, nemo est qui dubitat, ut cuius obsequio Vienna imbuta usq; fuerit: et cuius maiores successoresq; cum rem copiosam & cultam habere cœpissent, & ex humiliori gradu maiores quottidie ad res constituerentur, subinde foras euocati, aut alijs negotijs præpediti, in uicem fidemq; regulos suos, ac in administranda prouincia aptos homines quosdam legerunt, qui

runt, qui per procuraciones principis negocia administrarent. Ex quorum numero (ceu diximus) Regimentum ac Fiscus conflantur. *Regimentū et fiscus.* Austriæ igitur nomen (unde hi principes titulum primum adepti sunt) recenti seculo natum est, ante annos circiter quadringentos, ab Austri (ut credo) uenti flatu, qui ista in regione frequens est: uel ob similitudinem Germanicę appellationis Ostenriche (quod uerisimilius mihi uidetur) quod nomen orientali regnorum suorum limiti Francorum reges indiderant, ceu & occidentali Vuestenriche. *Vnde Austria sit dicta.* Porro Francorum nomen (quæ gens à Cimbris & Sicambris Rheni quondam accolis defluxit) sub Aureliano Cæsare primum omnium auditum est, anno Salutis nostræ CCLXXVI. *Vnde Ostenriche uox orta.* uel ob audaciam gentis, uel (ut alij existimant) Franco horum reges, qui Sicambris post Marcomyrum, Antenorē, Priamum, Helenū, Basanum, Heligastum, Basanum secundum, Clodomyrum, Nicannorem, Marcomyrum, Clodium, Clodomyrum secundum, Meradacū, Bolionē, & Cassandrū imperauit, sub ipsam quasi Christi natiuitatē. *Francorum nomen quādo auditū sit.* Francū itaq; reges Sicambrorū, qui iam Franci dici cœperant, sequuti sunt, in ea Germaniæ ueteris ad Oceanū septentrionalem ripa, in qua quondā Bufactores ac Bructeros coluisse constat, *Catalogus ueterum Francorū regum.* Clogio, Marcomyrus, Richimer, Bentharius, Gualterus, Clodomyrus, Ascarichus, Ragaisus, Clogio, Pharamundus, Clogio, Meroueus, Hilderichus, & Lytauicus: qui primus Christo uedicatus, multos post se reliquit, Theoderici, Theoberti, Hildeberti, Hilderichi, Dagoberti, Clotharij, Lotharij, Sigeberti, ac Clodouici nomina præferentes. *Vbi Franci quondam habitauit.* Qui ut omnes in Gallijs Romano iam ademptis imperio rerū potiebantur, ita ex qua prodierāt ab arcto, referre iterū paulatim gradū in Germaniā à meridie cœperūt. *Ascarichi & Ragaisi meminit Panegyricus, qui hos captos à Cōstantio imperatore in Belgis tradit, & bestijs obiectos fuisse.* Quorū Theodericus, Theobertus, & Theobaldus, Lytauici primi Christiani Francorū regis filij, Alemānos et Sueuos in Rhetia prima, Heluetiorū que heremo subiugarūt, Balthino & Leuthari, uel (ut alij uernacula Germanorū lingua appellant) Balduuino & Rothario, Sueuorū ducibus in uerba adactis. *Hanc historiā refert ex Grecis Agathius, & Paulus Diaconus.* Childebertus postea primus Boioarios proximos in Vindelicia, & utroq; Norico aggressus est, Thassilone Boioariorū rege (qui post Boamundū, Heribertū, Chunimundum, Gibolphū, Aordū & Sisualdū, Boioarijs, hoc est à Bois descēdētibus populis imperabat) uectigali reddito. *Franci quando Sueuiam subiugarunt, atque Boioarios.* Quod ipsum à Diacono lib. 4. cap. 7. his est uerbis perscriptū. *Primi Boiorū reges.* His diebus (inquit) Thassilo à Childeberto rege Francorū apud Boioariā rex ordinatus est, *Locus ex Diacono de Thassilone rege Boioariae.* qui mox cum exercitu in Sclauorū prouinciā intrōiens, parta uictoria, ad solū propriū cum maxima præda remeauit. *Sclauorū prouincia hodie Carinthia & Carniola, ubi adhuc hodie Sclauī colunt.* Sclauorum autē prouinciā hodiernam Carniolam intellexisse, ex eodem apparet autore libro 4. capite 39. & libro 5. capite 22. Et iterum libro 3. capite 29. de Garibaldo altero Boioariæ rege tractās: Cumq; hæc dixisset, tunc intellexerunt Boioarij, qui eum comitabantur, eum ipsum

L regem

Alter ex Dia-
cono locus, de
Garibaldo re-
ge Boioariæ.

Theoberti pri-
mi meminit
Diaconus lib.
6. cap. 21. &
35. apud quem
uidelicet Au-
sprandus Ber-
gensis dux ab
Ariperto Lon-
gobardorum
rege, ducatu
spoliatus, in
exilio erat: cu-
ius filiū Theo-
donem diuus
Rupertus
Christo uendi-
cauit.

Pipinus quan-
do in Franco-
rum regni fa-
stigium subli-
matus fuerit.

Quādo in pro-
uincie formā
Boiorum ter-
ræ redactæ.

Quādo orien-
talis Marcha
incepta.

Vuestenriche
regio, uel

Vuestrasia cō-
prehendebat
Lotharingiā,
Lutzburgū,
Treuirensē,

Leodiensē,
Brabātinūq;
tractum, & to-
tam Alfatiam,

cum tractu Pa-
latinatus Rhe-
ni.

Austria Vene-
tijs uicina.

Locus ex Rhe-
ginone de Au-
strasia.

regem Authari esse. Denicq; post aliquod tēpus, cum propter Fran-
corum aduentū perturbatio Garibaldo regi aduenisset, Theode-
linda eius filia cum suo germano nomine Gundaldo ad Italiam
confugit, sc̄q; aduentare Authari suo sponso nunciauit. Ex quibus
apparet, Tassilonem & Garibaldum primos à Francis Boiorum
reges in fidem receptos esse: nondum tamen in prouinciæ formam
ipsæ Boiorum gentes redactæ erant, uectigales duntaxat suis legi-
bus uiuere permittebantur, regali diademate in ducalem tiam
contracto, quam Francorum regum beneficio accipiebant. Theo-
bertus, Theodo, Theobertus secundus, Thassilo & Odilio, om-
nes Boioariorum duces. Quibus Francorum regum nomine pare-
bant, utrunq; Noricum, Vindelicia, & pars Rhætiae alpestris: qua
hodie intercapedine Austriae partem, Styriam, Charinthiam, Ba-
uariam, & Tyrolim, sitas ditiones uidemus. Atq; hoc genere obse-
qui, prouinciæ iam enumeratæ, ducentis ferè annis & pluribus
Francorū regibus parebant, qui (ut antea dictum) per duces ex Bo-
iorum gente oriundos istas administrarūt. Donec ob ignauia, Hil-
dericho ultimo regno abrogato, Pipinus quispiā ex orientali Fran-
cia & Germaniæ agro oriundus, Caroli cuiusdā Martelli filius, qui
à diuo Arnulpho Metensium episcopo genus repetebat, à Franco-
rum gēte in regni fastigium sublimatus fuisset, ob magna uidelicet
in gentem suam & Christianum nomen merita probatus. Is pri-
mus in prouinciæ formam Boioariorum terras redegit. Ac cum
Gryphoni fratri nati minori Schuandehildem Odilionis Boioa-
riæ ducis filiam desponsasset, ac Schuidigerum & Lanfridum ty-
rannos profligasset, in Auares quoq; Noricum & Pannoniam su-
periolem incolentes mouit. Quibus haud multo post non solum
subiectis, sed è Norico præterea in Pannoniam superiolem remo-
tis, orientale regnum, siue orientalem Francici imperij limitem in
confinio Norici ac Pannoniæ constituit, & Ostenriche Marcham
appellauit: maiorum suorum imitatus scilicet administrationem,
qui idem in occiduo Rheni limite, in utroq; Romanos æmulati,
factitarunt, cum Vuestenriche, seu Vuestrasiam, terræ tractum
Mosa, Sequana, ac Arari Rhenoque fluuijs conclusum, à reliquo
Francorum imperio demptum denominassent. Porro Osten-
riche, uel latinè Austrasia, maioribus quondam limitibus circum-
scripta erat, quàm nunc Austria uisitur, in Italiam usq; & Rhætiam
extenta. Proinde Paulus Diaconus libro quinto rerum Longo-
bard. capite 39. Austriam appellat agrum Venetijs proximum.
Et Rhegino Brunienfis, orientalem Germanici siue Francici impe-
rij limitem, & quæ intra hunc sitæ fuerant regiones, Austrasiæ ui-
detur uocabulo nuncupasse, & ex his Boioariā enumerasse, cū Pi-
pini ac Carolomagni fratrum diuisionē describeret. Anno dominice
incarnationis (ait) 778. Carolus cū exercitu Hispanias ingressus est,

uenit

uenit enim primò Pompilonam ciuitatem, deinde ad Cefaraugustam urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partib. Burgundia & Auftrasia, uel Boioaria, seu Prouincia, & septimana pars etiam Longobardorum in auxilium conuenere. Hæc ille: que libro Chronicorum quinto, capite uigesimo, Otto Frising. de Auftria scribit. Anno ab incarnatione Domini (ait) 743. Pipinus & Carolomannus primò in Aquitania contra Hunaldum eiusdem prouinciæ ducem, procinctum mouent. Captòq; castello quod Lucas dicitur, in loco qui uetus Pictauis uocatur, regnum diuidunt, Carolomanno Auftriam, Alemaniam, Thuringiã: Pipino uerò Neuftriam & Prouinciã fortito. Hæc ille. Verisimile est autem, has uoces Vuesterriche & Osterriche Francis gentilicias, in linguam latinam detorquentes horum (ut opinor) sacerdotes, Auftrasia & Vuestrasia tractus appellasse: unde breuiore dictione Auftria & Neuftria uocabula processere. Atq; hæc est Auftria, siue (ut gentilia lingua dicamus) Ostenriche, uera & genuina interpretatio ac etymon. Qua in prouincia, Francorum postremi reges, (iam scilicet non ditioni tantum, nomini que, sed etiam legibus institutis que Francorum uendicata) aliquot Marchæ comites alebant, qui limitem istum orientalem tuerentur: unde illis & nomen accessit ut orientales Marchiones dicerentur, qui postea Auftria & marchiones et duces cognominati sunt. Qua in re Romanam prorsus uidentur Franci æmulati administrationem esse, qui duos istihoc in tractu limitaneos duces habebant, Pannoniæ primæ & Valeria. Quibus in prouincijs posteaquam Franci rerum cœpissent potiri, & hi maximè qui post Carolum magnum Boioariæ quoque regni titulum usurparunt, ex stirpe illius, Ludouicus, Carolus Crassus, Carolomannus, & Arnulphus, suo idiomate appellantes limitaneos duces, in Pannonia prima orientalem Marchionem, gentilio sermone den Margrauen uon Osterrich alebant, qui orientalem limitem Francorum aduersus Auares tueretur. In Valeria quoque Charinthiæ Marchionem, qui Auarum æquè ac Sclauorum uim exciperet. Quibus in Norico ripensi, Boioariæ Marchionem coniungebant, qui cæteros in opere adiuuaret. Quorum Boioariæ Marchionis munus unà cum ditione orientali primum omnium, deinde uerò et Charinthiæ marcha ac ducatus accessere. adeò ut in unum ceu corpus orientalis regni, (ut hoc Francorum ueteres reges instituerant) omnes paulatim Pannoniæ, utriusque Norici & Marcomannorum prouinciæ amplæ & diuites redierint: quas nostra ætate, de ueteri Pipini genere descendentes principes Habsburgenses antea dicti, sub nomine & titulo Auftria archiducatus possident. Porro Orientalis Marchio, ueteris regni nomine retento, orientalis deinceps, & teutonicè Ostenriche Marchio, Margrauius, & Comes appellatus est. Quo no-

Locus de Auftria ex Ottonne Frisingensi.

Auftria & Neuftria uoces unde ortæ.

Etymologia uocabuli Auftria.

Orietales Marchiones, qui et Auftria.

Duces limitanei apud Romanos in Pannonia superiori.

Orietales Marchiones.

Marchiones Charinthiæ.

Marchiones Bauaria.

Orientali Marche ceteræ marche accessere.

Hodie archiducatus Auftria, continet uniuersum tractum ueteris regni orientalis.

mine officio' que statim à Theodonis Boioariæ ducis ætate, functos hos ferè reperi, ut sequuntur:

AUSTRIAE MARCHIONES, Sive orientales, à Theodonis Boioariæ ducis ætate usq; ad Ottonis primi imperium, annorum spacio 330.

VVALARIVS, huius in uita diui Rudperti mentio fit, quem à Theodone duce Boioariorum, Marchæ, hoc est limitibus præstitum fuisse credendum est, anno Domini DCLXX.

GRYPHO, Pipini regis Fræcorum frater germanus, qui ducta in uxorē Schwyndehilde, Vdilionis Boioariæ ducis filia, Marcham Bauarig, siue Orientalē, cum à fratre tum à socero obtinuit. Et cum postea socerum ducatu Boioariorū exuisset, à fratre comitatus angustijs conclusus fuit, anno Domini DCCXXVIII.

Diui Hippolyti cœnobium in Austria quando fundatum.

ALBERTVS & OCCARIVS, qui à Pipino rege in Noricum sunt traducti ex Gallijs: & cum egregiam pontifici Zachariæ operam locassent, in profligandis piratis, diuorum Hippolyti & Quirini reliquijs ab eodē donati sunt. Quorum Occarius Degersee cœnobio in Vindelicia, haud procul ab Oeno, extracto, diui ibidē Quirini reliquias deposuit. Albertus uerò, qui Marchæ orientali, siue Austriæ, à Pipino præfectus fuit, diui Hippolyti cœnobium ibidem est exorsus, eiusdem pariter diui ibidem reliquijs depositis. Quod postea destructum ab Auaribus & Hunnis, Patauienses renouarunt.

Marchio orientalis ab Auaribus interfectus.

GEROLDVS: hunc, deuictis & profligatis ex Norico ripensi & Pannonia superiori Hunnis & Auaribus, Carolus Magnus Marchæ Boioariæ siue orientali præfecit, & Margrauiouem, siue custodem limitis Pannonici uel Auarici appellauit. Qui ad postremum in conflictu aduersus Hunnos & Auares occubuit, anno salutis DCCXCVIII.

Fauianis Vuienna est: Ceisenmurus, Cetiæ ueteris ruina, hodie Ceismaur pagus.

THEODERICVS: huius opera felici aduersus Hunnos fuisse usum Carolum cognomento Magnum, docet Eginhartus in belli Pannonici explicatione. Cuius quoq; nomen expressum in peruesto Ludouici Pij Cæsaris diplomate uidimus, cum distinctione limitum Marchæ suæ, à Nardino fluuio ad Lytaham. intra quos limites Comagenus & Vuachouua montes: fluuij uerò Pierstlinga, Drafama, & Pielagus recensentur, unà cum municipijs Fauianis, Ceisenmuro, Drebensee, Aspach, Artagrunno, Roede, Saxina, & Sumburgo. Quorum omnium, & fluuiorum, & montium, locorumq; in Austria, uestigia supersunt.

GOTOFRIDVS: & huius in eodem priuilegio mentio fit, cum ea exaggeratione, quòd Theoderico Marchioni succedens, Reinaro Patauiensi episcopo, loca superius enumerata intra Marcham orientalem

orientalem inclusa, ab ecclesiæ eiusdem fide abalienare studuisset.

GERHOLTUS & BALDERICUS: horum Eginhartus sub Ludouico Pio Cæsare in hæc uerba meminit. Cui imperator, qua fama erat, Bulgarum regem à suo quodam optimato aut regno pulsum, aut interfectum, respōdere destitit. Illoq̄ expectare iusso, propter famæ certitudinem, Bertrichum palatij comitem, ad Balderichum & Gerholtum comites, & Auarici limitis custodes in Charentanorum prouinciam misit. Et iterum postea, cum de Aquigranensi conuentu loqueretur: Adfuerunt & in eo conuentu, Baldericus & Gerholtus, comites, & Pannonici limitis præfecti. Est autem uerisimile, unum orientali Marchæ, alterum Charinthiæ fuisse præfectum, quemadmodum antea ostenderamus à Romanis hunc morem Francos desumpsisse, qui duos limitaneos duces in Norici Pannoniarumq̄ collimitijs habebant. hoc est, in Pannonia prima ripensi unum, ubi hodie est Austria: & in Valeria, ubi hodie Styria sita cernitur, alterum, Pannoniæ superioris Noriciq̄ præfidi consulari subiectos.

Custodes limitis Auarici.

Duces limitanei.

SIGEHARDUS & RATOLDUS: hi in uetustioribus prærogatiuis, Persenbugenses & Ebersbergenses comites recensentur, in Marcha orientali.

LVPALDUS, quem occisum fuisse ab Hungaris, sub Ludouico Caroli magni stirpis ultimo, dum limitem Francorum cōtra hanc gentem tuetur, Otto Frisingensis tradit libro 6. Chron. cap. 16.

ARNVLPHUS, superioris Lupaldi filius erat. De quo Rhegino Pruniensis in hæc uerba. Anno Dominicæ incarnationis (inquit) 908. Bauari cum Hungaris congressi, multa cede prostrati sunt. In qua congressione Lupaldus dux occisus est, cui filius suus Arnulphus in ducatum successit.

ARNOLDUS, Arnulphi superioris filius, simulatq̄ pater in Boioariæ ducatum fuisset inauguratus, cum fratribus suis Bernhero & Eberbardo, marchas Boioariæ, Orientalem & Charinthiæ est sortitus: de quo ista extant apud Rheginonem uerba. Nam interim Lutolphus Boioarios, machinatione Arnoldi fratris Iudithæ uxoris eius, ab eo auertit: et Ratisbonnam intromissus, omnes eius ibi thesauros diripuit. Porro Iuditha Arnoldi senioris filia erat, & Arnoldi iunioris huius Boioariæ Marchionis soror germana, Henrico Ottonis primi Cæsaris fratri desponsata.

Filij Arnulphi Marchiones.

GEBEHARDUS: hunc Arnulphus post filium Arnoldū Marchæ, hoc est limiti præfecit, de quo Rhegino in hæc uerba. Anno (inquit) dominicæ incarnationis 910. Franci in confinio Boioariæ & Franciæ, Hungaris congressi, miserabiliter aut uicti aut fugati sunt. In quo prælio Gebelhardus comes limitis Auarici interijt, relictiis duobus filijs adhuc pueris, Vdone & Hermanno, qui postea clari & nobiles in Francia extiterunt.

Limitis Auarici comites, postea Margrauij.

Pachlarn locus Austriae in ruderibus Arlapis, ubi clausus praefectus sedem habebat, retinet adhuc fluius praeter fluens nomen Erlaphi.

RVDIGERVS, cognominatus à Pachlarn in Melelico, orientalis tum Marchae metropoli & regia (quam hodie Melicū dicimus) sedem tenebat: obiit circa annum Salutis nostrae 926. Qui & ipse cum Arnolde Boiarię duce, obsequium Henrico primo Cæsari directauit. Et quo mortuo Geysa Hungariae rex, quem postea Stephanum cognominarunt, Austriam occupauerat.

ENGELRICVS, cui Marcham orientalem Otto hoc nomine secundus Cæsar tradidit, limitibus distinctis, Lytahæ, Nardini, Pielagi, & Drafamæ fluiorum, qui adhuc hodie fluij limites Austrię distinguere dignoscuntur. Id quod in peruetusto diplomate ab eodem Ottone dato, & in diui Andreae cœnobio ad Drafamam reperto obseruauimus.

CVNRADVS, is Marcham Austrię ab Ottone huius nominis tertio imperatore in fidem recepit, ab Henrico secundo postea in superiori Bauariae Marcha confirmatus, cum iam orientalis Babenbergæ comitibus cessisset. Cuius saepe in priuilegijs mentio occurrit.

AUSTRIAE MARCHIONES prosapia comitum Babnbergensum.

Vnde Marchiones Austriae originem duxerint. Melicum oppidulum Austriae ad Danubij ripam, ubi celebre in colliculo cœnobium, quondam castrum & regia marchionum Austriae. Sepultura Alberti primi ignoratur.

ALBERTVS, primus hoc nomine, Alberti scilicet Babenbergensis comitis illius filius, quem dolo Hattonis Moguntini episcopi, Ludouicus Carolingorum ultimus, apud Moguntiacum capite affecit: qui ob ductam Babam Henrici primi Cæsaris sorore, & quod huius ductu Germanici exercitus aduersus Hungaros uictoria stetit, in praelio ad Melicum Austriae habito ab Ottone primo, uel (ut alij uolunt) tertio huius nominis Cæsare, Austriae siue orientalis Marchio constituitur, circa annum ferè Salutis nostrae DCCCCLXXX. Ac cum Melico metropoli constituto, fortiter limitem orientalem aduersus Hungaros tutatus fuisset, anno postea sedecimo, plenus annorum, è uiuis excessit. Cuius sepultura haecenus ignoratur.

Austriae Marchiones Hungaros ad fidem Christi conuerterunt. Austriae marchio mortuus in Ingthaym, palatio Rheni quondam Nomaago.

LVPOLDVS, primus item hoc nomine, Alberti superioris ex Baba filius, ducta Richardi quadam, parēti in Marcha siue comitatu limitis Ostenriche successit: bello, ac duplici aduersus Hungaros uictoria clarus. Geysae quoque Hungariae regi, qui postea in Christianismo Stephani nomen adsciuit, in acie uicto, ut Christo uendicaretur, unà cum diuo Henrico tum imperatore persuasit. Petrum praeterea legitimum Hungariae regem, aduersus Ouonem tyrannum, in regnū restituit. Qui ad postremū cum nuptijs Henrici tertij interfuisset, in Ingthaym solito imperatorum ad Rhenum palatio, ex humanis excessit, & Treuiris à Popione patruo Treuirensi archiepiscopo terrae traditus: non multo post (ut quidam uolunt) in Austriae relatus, in Melicensi castro, solito Marchionū Austrię conditorio, sepultus fuit.

HENRICVS, hoc nomine quoq; primus Auftrię marchio, qui & orientalis, cum fratrib. Lupoldo & Sigehardo, Auftrię marchā partitus, & demū superstes fratrib. ducta Schuandehilde quadā, solus rerū potiū. Itaq; cū imperio postea obsequiū detrectaret, ab Henrico Cæsare proscriptus fuit; & iterū in gratiā receptus, cū diui Colomanni martyris (q̄tum in Austria passus erat) corpus honorificè in regia sua Melicēsi, unā cū Popiōe Treuirēsi, p̄patruo, & Me gingaudo Halberstadēsi, episcopis sarcophago condidisset, haud multo post superos reliq̄t, in eodē Medelico uel Melico sepultus.

Austrie marchio proscriptus ab imperio.

ALBERTVS hoc nomine secundus, et Henrici superioris filius, ducta Adelhaide quadam uxore, à Cunrado secundo Auftrię siue orientalis marchio constituitur. Qui rebus præclarè aduersus Hungaros gestis, magnā ulterioris Auftrię portionem feudo ab imperio suscepit, anno Salutis MXLVIII. Is Cunonem Boioarię ducē ab imperio proscriptum, liberaliter exulem tenuit: quorum obiit Dux 1059. Marchio uerò, 1056.

ARNESTVS, hoc nomine primus, Romani imperij miles appellatus, quod limitē aduersus Hūgaros fortiter & fideliter tueretur: ob quæ merita & patricinio episcopatum Laureacensis Iuuauien sis & Patauiēsis ab Henrico quarto Cæsare donatus est, anno 1058. & quadraginta postea regalib. in ulteriori Austria prædijs. Qui cū Henrico quarto aduersus Saxonas suppetias ferret, in acie fortiter occubuit, anno Salutis 1075. Cuius cadauer relatū in Austriā, ab uxore Mechtilde, auito cōditorio Melicensi honorificè illatum est. Atque hunc in multis prærogatiuis uetustioribus, Comitem marchæ Ostenriche denominari aduertit.

Austrie marchio miles imperij appellatus.

Uterior Austria accedit marchionibus orientalibus.

LVPOLDVS hoc nomine in hac stirpe secundus, Arnesti superioris frater germanus, cum Frouuiza uxore, & filia Iuditha, in Melicensi conditorio adscriptus cernitur.

LVPOLDVS hoc nomine tertius Arnesti filius, desponsata sibi Itha Henrici tertij Cæsaris filia, tribus bellis gestis enituit. Quorum primum aduersus Cunradum Morauię marchionem pro limitibus habuit. In secundo, Salomoni Hungarię regi aduersus Bissenos auxilio fuit. Tertium communibus, cum cæteris Germaniæ principibus, consilijs auspicijsq; aduersus Henricum quartum ges sit. Quartam denique expeditionem in Asiam suscepit, antequam Gotofridus Bullonēsis terram sanctam recepisset: rebus humanis exemptus est anno 1096. Itha coniuge quarto post mariti obitum anno Constantinopoli decedente. Is est Lupoldus, cuius uxorem à fratre incestatam annales Auftrię nugantur: ad quod & Volateranus alludere uidetur, libro 29. Comment. urbanorum. Cuius sepultura in Melicēsi itē regia cōditorioq; cernit. Quē locū is primus Deo opt. max. fertur cōsecrasse, Sigeboldo q̄piā abbate cōstituto: qđ Calixtus pont. max. p̄sens dedicauit postea, anno MCXXII.

Austrie marchio interfuit expeditioni Asiaticæ, et ut terra sancta reciperetur auxilio fuit.

Melicensis regia in cænob̄ un commutatur

Marchio Austriae in comitatum missus. Horum comitum multi Eckeperti ac Valdrici nomina habebant. Diui Lupoldi frater.

Austriae marchio Caesaris sibi filiam coniunxit.

Huius historiae meminit Otto Frisingensis libro 1. de Rebus gestis à Friderico, cap. 10. Austriae marchio tria caenobia exorsus est.

Neuburgensis caenobij exordia.

Meminit Otto Frising. lib. 7. Chron. c. 17. In diuorum numerum Austriae marchio relatus.

Diui Lupoldi filij.

Meminit Otto Frisingensis lib. 7. Chron. cap. 25.

Filiae diui Lupoldi.

Sorores diui Lupoldi.

Sepultura diui Lupoldi.

ALBERTVS hoc nomine tertius, superioris Lupoldi frater germanus: de quo multa Annales nugantur, quod fratris uxori uim intulisset, & fratrem ad parem ultionem incitarit, ob quam ultionem ab imperio reus iudicatus, & in comitatum missus fuit, fratri Austriae Marchioni subiectus, à quo descendisse Garshj & Pernekh comites uetustissimos Austriae, & authores caenobiorum Geras, Pernekh, & Altenburchg, in peruetusto annalium codice legimus.

ALBERTVS hoc nomine in hac prosapia quartus, Lupoldi tertij filius, & diui frater germanus, nullis rebus gestis, ante fratrem, uitam cum morte commutauit.

LVPOLDVS hoc nomine quartus, tertij ex Itha filius, Agnetem Henrici quarti filiam, & recens Friderico ab Hohenstaufen Sueuiae duce uiduam, cum primum administrandam Austriae marchiam accepisset, à fratre hanc Caesare Henrico quinto impetrauit. Inculpata uita deinceps, & belli studijs clarissimus. Nam cum duo grauissima bella gessisset, Bohemicum & Hungaricum (in quibus, promotis limitibus, Eynsburgum notissimum Hungariae municipium occupauerat) duo quoque celeberrima monasteria ab hoc principe exordia sumpsere, Neuburgense, & diuae crucis, tertium quoque Melicense ad extremam manum perduxit. Quibus animi & corporis dotibus, uniuerso orbi notissimus, defuncto postea Henrico quinto sororio, communibus principum suffragijs in imperatorem electus est. Qua dignitate sponte cedens Cunrado priuigno suo (qui in imperio postea tertij nomen adsumpsit) soboli ac inculpatae uitae sanctimonie studuit propagandis: in numerum propterea diuorum à Romano pontifice relatus. Reliquit post se decem liberos, pari utriusque sexus numero: Albertum quintum, Neuburgensis caenobij aduocatum, & Hungariae trophaeis eminentissimum: Lupoldum quartum, Bauariae ducem, & in sacrosanctae crucis monasterio conditum: Cunradum Patauiensem, et postea Salisburgensem episcopum: Ottonem Frisingensem episcopum, ad postremum monachum Morimundensem: & Henricum Bauariae, & primum item Austriae ducem. Filiae haec erant: Berchta, Henrici Burgrauij Norimbergensis: Agnes, Boleslai Bohemiae ducis: Gertrudis, Ladislai Poloniae ducis: Elifabeta, Landgrauij Saxoniae: & Gueta, marchionis de Monte ferrato, coniuges. Fuere & diuo Lupoldo quatuor sorores, quarum prima Ottocaro Styriae marchioni, secunda Cunrado Hirsuto Ratisponensi comiti, tertia comiti à Znoyma & Hardekhe, & quarta Bohemiae duci Peruuay date in matrimonium fuere. Ipsum uero diui Lupoldi corpus in Neuburgensi caenobio, fundatione sua, in hanc usque diem ueneratur.

HENRICVS hoc nomine secundus, & à trito quod habebat in ore prouerbio Iachsamergott, Lupoldo primum fratri in Boioariae ducatu successit, Lotharij Caesaris & Saxoniae ducis filia, Henrici Bauariae

Bauariæ ducis proscripti uidua in matrimonium adscita, Qua defuncta, Theodoram Emanuelis Græcorum Cæsaris filiam, ob præclara in Asia gesta impetrauit, anno Salutis nostræ 1144. Tria maxima bella gessit: Hungaricū, anno Domini 1146. in quo uictor primum, Posonio expugnato, deinde à Geisa Hungariæ rege ad Viscacham riuum Austriæ castris exutus, & numero hostium, non uirtute superatus fuit. Secundum, ob prædia quædam cum Ratisponensi episcopo, bellum uictor habuit. In tertio aduersus Fridericum Bohemiæ ducem, faucius postea letali uulnere animam efflauit, circa annum Domini 1177. Auxit et domi rem, & Christianam religionem iuuuit, marcha supra Onasum Austriæ adiecta, & ducalitiara ab imperio impetrata, cum Boioariæ ducatu sponte cessisset. Posuit & diui Stephani protomartyris in oppidulo Fabianis templum, quod hodie in maxima omnium eius uicinia urbe Vuienna cernitur, à Reymberto Patauiensi episcopo mox consecratum, anno 1140. Excitauit quoq; amplissimum pro Scotis ad terram Sanctam peregrinantibus Diuæ Virgini extra muros oppidi Fabianis cœnobiū, quod hodie intra Vuiennam cernitur: in quo & sarcophagus eius extat.

LVPOLDVS, hoc nomine quintus, defuncto parente, cum fratre Henrico sortitus Austriam utramq; ut natu maior gubernacula usurpauit, Henrici sexti Cæsaris sorore in uitæ cōsortium adsumpta. Duo bella maxima gessit: Asiaticū, circa annum Domini 1190. ubi in Ptolemaidis expugnatione adeo strenuam operam collocauit, ut huius uirtute stetit expugnationem, noua ab imperio picta insignia, & tot comitatum dominiorumq; feuda Austriæ adiecta testarentur. Secundum illi fuit aduersus Zobeslaum & Vratiflaum Bohemiæ reges, in quo Olomuncium Austriaci expugnaerunt. Auxit rem mirum in modū, capto in Austria Richardo Angliæ rege, ab Asiatica expeditione reuerso (ubi Austrijs iniuriam intulerat) tantum pecuniarum aceruum ex regis redēptione comparauit, ut Styriæ ducatum à genero emere: Neuburgensem, Linzensem, & Vueisensem comitatus, à cathedris Patauiensi & Vuirziburgensi comparare: nouis mœnibus Vuiennam inauctam aliquot mille ædium numero circundare: Nouā à fundamentis construere ciuitatē: & qui tum hæredibus destituebantur, comitatum ab imperio feuda impetrare ualuerit, horum nomina, Peylstayn, Khlingenberg, Buten, & Huntzberg. Is primus à rei euentu, ab imperio concessa noua usurpauit insignia, rubro & albo coloribus distincta: quod ita totus suffusus sanguine in expugnatione Ptolemaidis fuisset, cingulo tenus duntaxat (quod album corpus interfecabat) à cruore immunis. Obijt in Grazio Styriæ metropoli, dum equum calcaribus ad cursum urgeret, anno Domini 1193. tribus prognatis filiabus, & filijs duobus. Filiarū unam Otrocaro Styriæ

Austriæ Marchio Græcorū imperatoris filiam sibi coniungit.

Huius historie meminit Otto Frising. lib. de rebus à Friderico gestis primo, cap. 32.

Idem in uita Friderici, li. 1. cap. 19.

Austriæ Marchio marcham supra Onasum quondam Boioariæ dictam, Austriæ adiecit, et ducalem titulum impetrauit.

Exordia templi diui Stephani et Scotēs cœnobij Viennæ.

Noua Austriæ insignia albo et rubro distincta colore, quinq; aureis alaudis accedunt.

Austriæ duces Styriæ ducatu emerunt.

Multi comitatus Austriæ accedunt.

Vienna mœnibus nouis circundatur.

Noua ciuitas Austriæ construitur.

Multorum comitatuū feuda Austriæ duces impetrarunt.

Quare noua insignia Austriæ adiecta.

In Gratia Styriæ dux Austriæ mortuus.

Filia ducis Austriæ.

duci, secundam Saxoniae duci, & tertiam comiti Bogenfi Bauaro nuptum tradidit. Ipse post obitum in diuae Crucis coenobio aui fundatione conditus fuit.

Austria duces Styriae administratione incipiunt
 LVPOLDVS hoc nomine in hac stirpe sextus, cum fratre Friderico sortitus paternas prouincias, Styriam gubernandam accepit, Austria fratri relicta. Cuius tamen haud multo post gubernacula suscepit, fratre in expeditione Asiatica diem suum obeunte, anno Domini 1198. Qui ducta in uxorem Theodora Graecorum caesaris neptem, belli ac pacis studiis enituit. Ludouicum Bauariae ducem Austriae infestum repressit. Colonensium contumaciam contudit: à Philippo tum caesare in commilitium adscitus, Sarracenos ex Hispania profligauit. Cum Andrea Hungariae rege agnato in Asiam transfretauit, ubi multis praecclare gestis, ac Damiatam expugnata, in patriam uictor rediit, anno 1219. Eadem in pace laus. Viennam, Theoderico quodam intercedente, primus extulit, ingenti ciuibus pecunia elargita, & debitores ad satisfactionem grauissimis cogendo rescriptis. Gertrudim Thuringorum Landgrauij filiam, & diuae postea Elisabethae matrem, Andreae Hungariae regi coniunxit: Et cum ista ab Hungaris interficeretur, uite periculum Bude adijt, anno 1212. Vt Fridericus praeterea Apuliae rex, & Henrici sexti caesaris filius, in imperatorem eligeretur (qui postea Secundi nomen adsumpsit) unus apud electores maximè intercessit. Atque hinc rursus, cum à Pontifice Romano anathematis uinculo fuisset innodatus, ecclesiae reconciliauit. Quo in labore, non annis fessus, Romae decessit, à Pontifice & patribus honorificè in diui Germani templo conclamatus. Cuius cadauer in Austriam postea relatum, in suae fundationis opere, Campi liliorum monasterio illatum fuit, anno MCCXXXII. Tres post se reliquit filios, Henricum Medlicensem, Lupoldum septimum, & Fridericum primum, quorum puer Lupoldus obiit. Reliquit & filias quatuor: quarum maxima Margareta nomine, Henrico iuniori Friderici caesaris filio, & post Ottocaro Bohemiae regi iuniori nupsit, Austriamque postea hereditate destituta, in Bohemia traduxit: Costantia, Misniae Marchionis Gertrudis, Hermanno Thuringiae Landgrauio: & Agnes, tribus ordine nupsit, Saxoniae duci anno MCCXXII, exin Vdalrico Charinthiae duci, et ad postremum cuidam Haimbürgensi comiti in Charinthia.

Austria dux Romae obiit.
 HENRICVS hoc nomine in hac stirpe tertius, & à regia postea & distincto sibi agro, Medlicensis cognominatus, duas accepit uxores: Helenam Beleg Hungariae regis filiam, & alteram Thuringorum Landgrauij natam, cum qua Norimbergae magno ambitu nuptias celebrauit. Ex qua Gertrudim tulit, Henrico Morauiae Marchioni collocatam, & postea Hermanno Badensi Marchioni iunctam, & unicam ad postremum Austriae heredem. Is aduersus fratrem Lupoldum aliquando conspirauerat, itemque patrem, Haymburgo munitissimo Austriae castro occupato.

Austria duces dissident.
 Qua in

Austria duces Styriae administratione incipiunt

Austria duces in Hispania bella gerunt.

Austria dux Damiatam in Asia expugnauit.

Diua Elisabetha Hungariae regina.

Austria dux auxilio fuit, ut Fridericus secundus in Caesare eligeretur

Austria dux Romae obiit.

Sepultura Lupoldi sexti. Filij Lupoldi, & filiae.

Uxores Henrici, & Gertrudis filiae.

Austria duces dissident.

Qua in re Ottocari Styriae ducis consilio & auxilio utebatur, apud quem etiam exul multo tempore delituit. cuius sepultura ignoratur.

FRIDERICVS secundus hoc nomine, in hac stirpe, Dux primum Austriae, parenti successit: is Lupoldus erat sextus. mox à Friderico secundo imperatore, ob Austriae merita in imperium collocata, primus eiusdem provinciae rex salutatus est. Duas duxit uxores, utramque repudiatam, Belae Hungariae regis neptem, & Ottonis Meraviae ducis filiam. Itaque cum & imperio obsequium detrectaret, & suis grauis esse pergeret, ab utrisque hostis iudicatus, & mox regno exutus fuit, Noua uix ciuitate Haimburgo et Starebergio in fide retentis. Sed cum imperij postea exercitum (cui Burgrauus Norimbergensis, & quidam comes ab Eberstain praefuerant) ad Tulnam notum Austriae oppidulum fugasset, in imperij & suorum gratiam redijt, adiuuantibus maximè Meraviae ducibus, & comitibus à Bogen agnatis. Itaque in paternam ditionem restitutus, regale tantum diadema amisit, archiducali tiara in locum recepta. Duo maxima ab hoc gesta bella inuenio: Bohemicum, aduersus Ottocarum Bohemiae regem, in quo uictor ad Laam Austriae municipium, Vdalricum Charinthie ducem à Bohemo in consiliorum societatem adscitum cepit, & captum aliquandiu in castro Staetz libera custodia tenuit. Secundum Hungaricum & Friderico exitiale erat, cum tres comitatus Austriae conterminos à Bela Hungariae rege, Tartarorum incursionem in Austriam fugiente, condonatos, armis tueretur, & Nouam soluere obsidione ciuitatem, cum paucis, & numero, non uiribus inferioribus adniteretur. Ferunt, in praelio singulari cum Hungarorum robustissimo inuito, ut sanguinem utrinque effundendum praecaueret, fortiter occubuisse, suis uictoria etsi cruenta relicta. Cuius sarcophagus in Campililiorum coenobio, iuxta paternum extat.

AUSTRIAE DVCES EX STIR-

pe Marchionum à Baden.

HERMANNVS Badensis, primò Marchio: postea in matrimonium adscita Gertrudi Austriaca, Henrici Medlicensis filia, cum Fridericus postremus Babnbergensium ad Nouam ciuitatem oppetisset, ab imperio in Austriam gubernacula admittitur. Quam auxilio Ottonis comitis ab Eberstain (qui nomine imperij Austriam interim administrabat) & pincernarum ab Hanspach magnae auctoritatis regulatorum apud Australes, non tamen uniuersam in potestatem redegit, obstante Cunringorum & comitum ab Hardekhe factione, Belae praeterea Hungariae & Ottocari Bohemiae regum armis impediuntibus, qui agrum inferioris Austriae in Pannonia superiori situm, infestum premebant. Itaque Ensis & Nouiburgio in fidem acceptis, Hermannus in ipso labore rebus humanis absoluitur, anno Domini M C C L. in Neuburga, quam à coenobio à

Austriae ducatus regum titulum adeptus.

Duces Meraviae uetustissima in Germania familia

Tyrolensem tractum Gortiam Carniolamque possidebant, ubi adhuc

Merauia oppidum in Tyrolide descendebant

uerò à comitibus Andecensibus Bauariae, quorum multi

Berchtoldi, Henrici, ac Ottonis nomina habebant.

Austriae dux proscibitur ab imperio.

Fridericus Austriam ab imperio recepit.

Archiducalè titulum Fridericus adeptus est.

Dux Austriae Vdalricum Charinthiae ducem in Austria cepit.

Dux Austriae tres comitatus Hungariae proximis Austriae

adeptus est hi erant, Musenburghensis, qui

et Altenburghensis: Posoniensis, et Eissenburghensis.

Nota Austriae ducis audaciam.

Badensis Marchio Austriae dux ab imperio creatus.

Austriae factiones post obitum Friderici cultum Babenbergae.

diuo Lupoldo posito, Claustralem uocant, sepultus.

FRIDERICVS hoc nomine in Austria secundus, & Hermannii Badensis ex Gertrude Austriaca filius, anteq̃ pubertatis annos fuisset consequutus, sub matris tutela fuit. Quę cum Margareta amita & parentis sorore partita Austriā, Medlicensem ipsa ditionē superioris Austrię administrabat, inferiori Pannonię agro agnatę relicto, quę in Haymburgo itē suę ditionis Rempub. capessebat. Quo tempore non semel Hungari infestis signis Austriā ingressi, nobilissimam prouinciā dilacerabant, Gertrudi quoq̃ ui illata: quā Bela Hungarię rex Rascię principi per uim miscuerat: ex quo filiam tulit, Stephano postea Agriensi comiti nuptam. In his turbis cum Fridericus tandem animo & corpore adoleuisset, Sueuię ducum, & Apulię Siciliaęq̃ regum agnatorū auxilio & autoritate subnixus, ut pacatam uniuersam tandem reciperet Austriā, apud Cūradum Friderici secundi Cęsaris filium, & Apulię regem, subsidium quęrebat. Cum quo per Gallię regis & Caroletti insidias ac factionem Neapoli captus, capite cęsus, & ibidem sepultus, suam in Austria familiam terminauit, superstitibus matre & sorore. Quarū mater, Austrię rursus cum amita Margareta gubernacula adiit, Agnetę filia, & supradicti Friderici sorore, Vdalrico Charinthię duci desponsata. Ex qua Maynardi Tyrolis & Goritię comitis coniunx processit, Elisabethę mater illius, quę Alberto Habspurgenfi comiti collocata, Rudolphi secundi Cęsaris filio, Austriam & Styriam, in Habspurgensem profapiā traduxit, sub annū Salutis M C C L X X X. Adeo ut constet, duas nobilissimas ac proxima accolentes quondā in Hercinio nemore familias, Badensiū inquam & Habspurgensiū, in Austrię administrationem ab imperio, supra merita, matrimoniorum etiā intercessione admissas. Idq̃ ex uigore prerogatiuarū Austrię, cuius feuda utrunq̃ sexum contingunt. Porro Habsburgi comitum sarcophagi uetustissimi, & ab Ethicone diuę quondam Otilię patre, Alsatięq̃ præside, sub Childeberto Francorum rege, originem numerantiū, annorū ferē D C C C C. interuallo, positi in diui Drudberti notissimo Nigrę Syluę cœnobio ab hac familia constructo, cernuntur: quorum pleriq̃ Odberti, Reymberti, Alberti, Luidfridi, & Hugonum nomina præferunt, ab anno Domini D C L X V I I I.

AUSTRIÆ DVCES EX BO-
hemia regum stirpe.

OTTOCARVS, senioris Ottocari Bohemię regis filius, Morauia primū marchio, deinde cum Austrię fertilitati inhiaret (cum cuius olim prouincię principibus ob limitum controuersiā pater non pauca certamina miscuerat) dolo ac ui, non imperij autoritate, & prouincialium consensu, in Austrię archiducatum immissus, ut eum securus possideret, Styriam Belę Hungarię regi prædam obiecit.

Fridericus Badensis marchio dux Austrię. Mulieres duę Austriam administrarunt. Hungari Austriam deprædantur.

Fridericus dux Austrię cōtra Hūgaros sub diu querebat apud Sicilia regem.

Fridericus dux Austrię Neapoli interficitur per insidias.

Genus Elisabethę Tyrolensis, quę Alberto primo Rudolphi Cęsaris filio nupsit.

Austriam in familiam Habspurgensem transcripta quando, & cuius auspicio.

Matrimoniorū intercessione Badenses et Habspurgeses in Austriam admissi.

Ab Ethicone diuę Otilię patre Habspurgeses comites originē duxerunt.

Nomina ueterum comitum Habspurgesii ante Rudolphū Cęsarem in diui Drudberti cœnobio sepultorum.

Dolo Ottocarus Austrię dux factus. Styria Hungarię tradita.

obiecit. addidit dolo prætextum, Margareta Friderici secundi, & Henrici Medlicensis sorore germana in matrimoniū adscita. Quam Babenbergensium familiæ postremam Theoderico Misniæ marchioni de eadē prosapia descendenti, prouinciales Austriæ nuptū erant daturi, missis ea de causa in Misniam oratoribus, qui hunc ad spem ducatus euocarent. Hi erant Neuburgensis præpositus, Scottensis abbas, Henricus à Lichtnstayn Austriæ à cubiculis, & Vdalricus ab Hanspach à poculis. Quos factione & proditione Cunringorum Pragæ in itinere senior Ottocarus interceptos, in sua uerba adegerat. Hic Ottocari in Austriam aditus erat anno Salutis 1252. quem mox prouincialib. Austriæ odiosum reddidit, uxoris Austriacæ repudio, Cunringij filia adulterio manifesto, & Khunegundis à Matsau Hungaræ secundis nuptijs Margareta uiuente. Accedebant supplicia nullis pœnarū causis, optimorū & potentissimorū quorumq;. Inter quos loco aliquo erant, Dominus ab Ekhartsau, Cunradus Camber, Eberamus, & quispiā Khruiegler, Austriaci, & Merrenbergius Styrys, magnæ in ea prouincia autoritatis uir. Nec desinebant Bohemi continuis rapinis ac bellis Austriā exhaurire, quæ cum Hungaris dubia sæpe fortuna ac summa Australium perniciē miscuerant, plerisque summo loco ac genere natis in hisce turbis absumptis: quorum præcipui nominis erant, Cunradus & Otto comites à Plae & Hardekhe, suæ prosapiæ postremi. Hac tyrannide cum in interregno (quod xviii. annorum interuallo in Romano post Cumadinum erat imperio) rem Austriacam aggrauasset, in suorum odium diuertit. Qua de causa transactis Austrij, Styri, & Charentani comitijs, conquestum aduersus Ottocarum Augustam in imperialia comitia, ad nouum designatum imperatorem Rudolphum Habsburgensem miserunt, Philippū Salisburgi archiepiscopum & Charinthiæ hæredem, Fridericum à Petouione Styriæ præfectum pretorio, Vuernherū à Vuolfgerdorf, & Vdalricum à Viechouen, Austriæ barones. Quorum precib. permotus imperator, præmissis tamen prius Norimbergensi Burgrauio, ad pacem & spontaneā cessionem Austriæ ac Styriæ Ottocari animū permulcebat. Quibus cum nihil proficeret, res in apertū bellū prodijt. Itaq; cum tandem imperator cum copijs in Austriā descenderet, huic in ulteriori tractu suas Ottocarus opponit. Anteq; acies cōgrederentur, Bohemus Cæsari reconciliatur, interponentib. auctoritatē suā Bauariæ duce & Brunone Olomucēsi episcopo. Conditiones erāt, ut cedēs Austria Styriæ et Charinthia, à Rudolpho cessare Bohemiæ regnū & Morauie marchā feudo acciperet. Quibus cōfectis, anteq; de Austriæ futuro duce quidquā statueret, præsides prouincijs imperator designauit: unicuiq; prouinciæ ueterē suū et natū (ut uocāt) p̄fectū p̄torio, Stephanū à Meyssau Austriæ, Fridericū à

M 3

Petouione Austriaci &

Styri de Ottocari tyrannide imperio conqueruntur. Ottocarus noluit cedere Austria & Styria imperio. Ottocarus imperio reconciliatur. Conditiones concordie.

Margareta Austria heres ab Ottocaro ducta.

Oratores Austriæ ad marchionem Misnensem.

Ingressus Ottocari in Austriam.

Ottocarus Austriacis odiosus.

Tyrannis & crudelitas Ottocari.

Multa bella Austriæ perniciose Ottocarus gessit, cum Bela et Stephano Hungariæ regibus.

Comitū à Plae familia in Austriam è tractu Salisburgensi uenit, ubi adhuc castrū hoc nomine, et ubi horū extāt fundationes, Beurn, Benedictbeurn Schefflarn, & Schlehdorff. duxit uerò hæc prosapia originem à quodam Adelramo Fræcorum comite, qui sub Pipino rege eò in Noricū ex Fræcia se contulerat, anno 750. Ipsi uerò hi comites à Plae, comparato comitatu Hardekhe in Austria, annorū interuallo ferè ducetorum et pluriū, nomina habebant Balhrami, Vuigandi, & Lutoldi.

Præsides Au- Pætouione Styriæ, & Cunradum ab Aufenstayn Charinthiæ. Hic
 stria, Styriæ, cum uix anni curriculum pacatus prouinciarum status maneret,
 et Charinthiæ in rebellionem Bohemus exit, adsumptis in partem laboris Saxo-
 à Rudolpho nibus, Brandenburgijs, Bauaris, & Polonis, frigidâ (ut ferūt) suffun-
 Cæsare dati. dente uxore Hungara, quæ mariti animum suapte natura ferocem
 Ottocarus im- perior rebellat. irritare haud desinebat. Ad cuius nunciū indignatus Cæsar, Ladis-
 A' Rudolpho laum Hungariæ regē in commilitiū adsciscit. Antequā in Austriam
 cæsare aduer- sus Ottocariū descenderet, & suas cum Hungaris copias cōiungeret, multa impe-
 in auxilium dimenta Henricus Bauariæ dux interponebat. Quibus perruptis
 Hungariæ rex adsciscitur. tandem imperator Hungariæ regem, ad Maraham cum maximo
 Præliū Rudol- exercitu obuium habuit. Cum quo mox in hostē mouet, qui à Ci-
 phi Habsburg sterisdorfio ad Maraham castra præmunierat. Sed Bohemus anteq̃
 cæsaris cū Ot- tuos in ordinē redigere posset, Mylodi copiarū ducis proditione
 tocaro Bohe- mie rege pro (qui cum subsidio labentem exercitū consultò deseruerat) succum
 Austria. bit, & à Merrēbergijs Styris (quorū fratrē paulo antè ad suppliciū
 Ottocarus rex postulauerat) interficitur. Cuius cadauer Pragam transportatū est,
 Bohemiæ in corde Viennæ in Minoritarū cœnobio sepulto. Cum Bohemia res
 Austria inter- ita composita est. Guetam Rudolphi Cæsaris filiam Venceslaus
 factus. Austria cum Ottocari filius, Agnetem uerò Ottocari natam Rudolphus iunior
 Bohemiæ re- Cæsaris filius, coniuges acceperet, cum hereditatis utrinq; adeunde
 conciliata. spe. Atq; id ultimum rerum Bohemorum in Austria fuit. Qui ta-
 Castrum Vien- nense ab Otto- men ne nullam posteris ibi memoriam relinquerent, castrum illud
 caro Bohemiæ regē cōstructū. (in quo adhuc Austriæ principes regiam tenent) à fundamentis
 Vetus arx Vi- posuere: cum antea angustas admodum ædes, diui Pancratij facel-
 ennēsis prope lo uicinas, Austriæ principes inhabitant. à quorum ruderibus &
 diui Pangratij memoria forum proximum, in hanc usq; diem, Aulam gentilitio
 ædem & forū sermone appellant.
 quod Am hoff
 ab aula uulgus uocat.

AUSTRIÆ ARCHIDUCES EX

prosapia comitum Habsburgensium.

ALBERTVS, hoc nomine in Habsburgensi primus, uicto & in-
 terfecto Ottocaro, & statu Austriæ Bohemiæq; matrimoniorū in-
 tercessione cōposito, anteq̃ Principum imperij haberet ad sensum,
 à Rudolpho cæsare & parente, Præses (ac ut tum uocabāt) Austriæ
 uicarius cōstituitur. Interea tēporis, Principū sibi animos cōcilians
 prudentissimus imperator, Elisabetā Maynhardi Tyrolis & Gori-
 thiæ comitis filiā, & Austriæ tum unicam heredē (& quam feudi ius
 contingere uidebatur) in publicis Norymbergæ habitis comitijs,
 anno Domini MCCCLXXXIII, Alberto filio natu maiori, ac tum
 Austriæ præsidi cōiūgit. Quē imperiali autoritate postea Austriæ
 archiducē, & ducē Styriæ, Carniolæq; comitē creat. Maynhardo
 Goricensi in præmiū matrimonij concessi, Charinthiæ ducatu per-
 misso. Filium exinde archiducali tiarā ornatū, cum imperio in Au-
 striam misit. cui Eberhardū à Vualsee, & Hermannū à Lādenberg
 moderatores & consiliorum participes adiunxit. Quorū inter ini-
 tia ut

Albertus Au-
 striæ uicarius
 ab imperio cō-
 stitutus.

Albertus Ty-
 rolis comitis fi-
 liam uxorem
 ducit.

Ingressus do-
 minorum à
 Vualsee &
 Landēbeug in
 Austriam, qua-
 rum postea ce-
 lebres ibidē fa-
 milie fuerunt.

tia ut grauis esse prouincialib. potentia coeperat, ac heri fumos Australibus uendere pergerent, graue apud suos Alberto odiū excitant. Quod cum dux nō dilueret, & frigidā insuper hi ipsi quos diximus suffunderēt, authorib. Lutoldo à Cunring Australi, Hardin do à Vuildonia, Friderico ac Vulphingo à Stubēberg, et Vdalrico comite à Pfannberg, Styriensib. Vdalrico comite Hanmburgensi, Gulielmo domino à Scherphēberg, & Ottone à Vueiffenekh Charētani: in Albertū cōspiratur. accedebat Vuiennensiu fluxa fides, & Salzburgēsiū archiepiscoporū Rudolphi & Cūradi factiones et auxilia fida. Quæ magnanimus princeps omnia sensim uindicauit, exordio à Vuiennēsi. sumpto. Quibus (haud mora) fractis, & ex Calēbergo cōmeatu interclusis, nō Styrios solū Austriacosq; sed finitimas quoq; nationes, Principesq; qui hāc fouere seditionē uidebātur, repressit. Hēricū & Ibonē Guffingēses & Martindorfenses comites Austrię proximis debellauit, Martēdorfio, Khobelsdorfio, Rechintio, & Sulamingio munitissimis locis expugnatis. Cūradum Salzburgēsem archiepiscopū ita exhaustit, Vriesachio, Vuanidorfio, & Neuhaus in Charinthia & Styria fitis locis, ac huius cathedre sacramēto imbutis, à se expugnatis (id studēte Admōtēsi abbate Cūrado, homine strenuo, & cōsilio pollēte) ut nouā etiā salis cocturā, in loco superioris Austrię Hall, in episcopatus detrimentū, primus Albertus archidux excitarit. Idē Haymburgēses potentissimos Charintię comites, Austrię cōtumaces, ad obsequiū armis cōpulit. Cūringios ac Stubēbergios, id tēporis potētissimos & precipuos Austrię Styrięq; satrapas, penē deleuit, dirutis horū castris et munitioib. & Friderico Stubenbergio in captiuitatē adserto. Pro q̄ multo tempore nequicq; Bauari, Charētani, et Artēburgēses principes, & ipsa cōiunx Alberti Elisabetha intercesserāt. Ottonē deniq; Bauarię ducē, quē Styriēses factione Salzburgēsis presulis, in spem ducatus euocarāt, domū ingloriū fugauit. Atq; hęc Alberto intestina erāt bella. Nec minori industria fortunāq; externa administrauit, Hungaricū inquā, Vuirtebergēse, Helueticū, Nassouiēse, & Bohemicū. Andreā Hungarię regē in limitib. Austrię cōstructa munitimenta, Boteburg, Cherlburg, Musnburg, & Catzlsdorf, demoliri coegit, Gronnigā Vuirtebergię obsedit anno 1315. Nellēburgēses Lādgrauos apud Heluetios subiecit. Adolphū Nassouiensem comitē, cōtra se imperatorē creatū, parib. electorum uotis anno 1298 uictum prope Spiram in acie interfecit. Et solus imperio deinceps potitus, bellum in Bohemos transtulit, aduersus Venceslaum Bohemię regē, suū ex sorore nepotē, qui Austrię possessionē ambire, & Australium fluxā reddere fidē haud desinebat. Huic bello anteq̄ finem imponeret, Venceslaus Olomuncij per seditionem occiditur. Itaq; hoc imperfectum bellum, in proximum Bohemię regem, Henricum

Cōspiratio Austriacorū, Styrorū, & Charentanorū in Albertū ducē. Magnanimitas Alberti. Hi comites originē ducebant à Symone quodam comite à Morton Arragone, qui ibi ab Andrea Hungarię rege prædia comparauit, & amplissimū in cōfinib. Austrię haud procul à Noua ciuitate comitatum est exorsus, anno domini 1116. Salis coctura in Hall Austrię quando incepta.

Haymburgēses in Charinthia comites uetustissima erāt familia, à quodā Engelberto à Spenhaym comite descendentes, authore dā ui Pauli cœnobij in Lauatal. hac familia intercedente Ciliēses comites creuerunt, à quodā Friderico libero à Saneckh originē ducentes.

Duces Bauarię Styrię occupauerant. Ista adhuc hodie loca ruinosam apparent in Austria et Hungarię confinibus. Erat autē Cherlburg

Cherolatæ ueteris, & Musnburg limusæ Romanorum municipiorum uestigia. Austriacus uiclo suo anticasare imperium retinuit. Austriaci in Bohemia bellum gerunt.

*Austriæ dux
apud Helueti-
os interfectus.*

*Vindonissa, u-
bi Christiani
episcopatum
constituerant
apud Roma-
nos, cuius loci
episcopi sepe
concilijs sub-
scripsisse repe-
riuntur, hodie
ruine in cœno-
bio Khünig-
sued, haud pro-
cul à Sempach
apud Helue-
tios, uulgo
Vuindissch di-
cuntur.*

*Austriæ ducis
sa sepulta Nea-
poli.*

Henricum Charinthiæ ducem, sororium transfert. Causa alia acce-
debat, quòd Bohemiæ regnum per uim, nulla imperij intercedente
authoritate occupasset. Hoc diuturnū Austriæ & difficile bellum
fuit, dum Rudolpho primū filio Albertus (cui Blancam Philippi
Franciæ regis filiam desponsarat) id regnū procuraret: & hoc mor-
tuo, Friderico secūdo natorum studeret: ac ut in Bohemiam, suam
quocq; stirpem propagaret, omnino conaretur. Quibus gestis, tan-
quam fati conscius, condito testamento, & dominijs filijs designa-
tis, in Heluetiam genitalem prouinciam proficiscitur, ubi à Ioanne
suo ex Rudolpho fratre nepote, adscitis ad hoc tam crudele faci-
nus, Rudolpho à Palma, Vualthasare à Vuard, et quodā ab Eschen-
bach, intimis ac familiarissimis Aulæ ministris (cum quibus solus
Russio riuo traiecto, Vindonissæ ruderib. appropinquabat) pijs-
simus imperator, & archidux Austriæ, suæ stirpis primus, bello ac
pace eminentissimus princeps (proh dolor) interficitur, fato, non
annis confectus. Reliquit post se ex Elisabeta Charentana, utriusli-
bet sexus liberos sex, de quibus ordine dicemus. Ipsum uerò Alber-
ti cadauer regio more differtū, in occisionis loco, inter ueteris Vin-
donissæ quondam episcopalis rudera, terræ traditū est, super cuius
mox tumulum dilectissima cōiunx magni operis basilicam posuit,
magnifico Vestalium uirginum contubernio adiecto. In quo ipsa
sacro uelo & pulla ueste amicta, cū filiabus & neptibus & Christo
seruatori continuis precibus seruierunt, & mariti patrisq; necem
affiduis lachrymis prosequutæ sunt.

CATALOGVS FILIARVM AL-

berti primi.

CATHERINA, Henrico septimo desponsata erat: quæ cum in
Italiam traduceretur, audito sponsi obitu, & uisa à Ruperto Siciliae
rege, filio suo Calabriae duci coniuncta fuit. Quæ obiit anno MCC
CXXIII. Sepulta Neapoli apud sanctum Laurentium, in templo
Minorum, cum multa donatiua Khünigsued cœnobio cōtulisset.

GVETA, Ludouico comiti Ottingensi coniuncta fuit, quæ mor-
tuo marito, multo tempore monasticam uitam duxit in cœnobio
Khünigsued, ubi & obiit, & sepulta est, anno MCC CXXIII.

ANNA, Hardmanno Brandeburgensi Marchioni cōiuncta fuit,
in quo matrimonio filium peperit marchionē, qui obiit annorum
18. & filiam, quæ uxor est data comiti ab Hennēberg, unde prodijt
Eberhardi primi Vuirtenbergensis uxor. Hæc Anna primo ma-
rito Brandeburgensi mortuo, nupsit cuidam Vratislauenfi duci,
cum quo quinq; progenuit filias, quarum una in cœnobio Khū-
nigsued monasticam duxit uitam.

AGNES, Andreæ Hungariæ regi, dum adhuc in libera eum cu-
stodia pater Albertus haberet, desponsata fuit, paulo antè cuidam
domino

domino à Columna Romano promissa. Porro cum uix annorum quinque curriculo cum Andrea conuixisset, qui patre Veneto natus erat, de Morufenorum familia, tandem uiduum thorum in cœnobio Khünigsueld apud Heluetios, materna fundatione honestè & patienter tulit, & obiit anno Salutis MCCCLXIII, cum annos ætatis suæ attigisset octuaginta quatuor.

Morufenorū familia apud Venetos, unde Andreas rex Hūgariæ profecit.

ELISABETA prima, Ottoni Bauariæ duci coniuncta fuit, qui ad regnum postea Hungariæ erat postulatus. Obiit anno MCCCXXX. in Nouomontensi Styriæ cœnobio sepulta, iuxta fratrem fundatorem.

ELISABETA secunda, Theobaldo Lotharingiæ duci uxor collocata est, cum quo filium progenuit Rudolphū, qui occubuerat in prælio quod inter Anglū & Gallum est commissum anno 1346. Progenuit & filiam Margaretam, quæ domino à Khabilon Gallo est nupta. & hoc interfecto, à fratre Lupoldo domino à Rapoldustayn uxor est data. Sepulta in Sancto Deodata Lotharingiæ, anno MCCCLII.

FILII ALBERTI PRIMI.

FRIDERICVS primus hoc nomine in hac stirpe, & in imperio ad quod contra Ludouicum suum ex amita nepotem uocatus fuerat, tertius, à parente primū Austriæ præfectus fuit, Rudolpho seniore fratre in regē Bohemiæ inaugurato. Et hoc mortuo, Bohemiæ diademate ab eodem patre redimitus, possessionem tamen consequutus nunquam fuit. Præterea Henrico septimo rebus humanis exempto, in imperatorem postulatus anno MCCCXIII, dum eam dignitatem aduersus Ludouicum Bauarum tuetur, aduersam expertus fortunam, triennio in Bauaria, libera custodia retentus fuit. Ad postremū Galliæ & Hungariæ regum intercessione liberatus, titulo tantum regni Romani contentus, pacis deinceps munia in Austria obiit, ducta in uxorem Elisabeta Arragonum regis filia, cum qua Maurbacense primus cœnobium posuit. Porro ex uxore unicum filium progenuit, in infantia mortuum, & in cœnobio Khünigsueld sepultum apud Heluetios. Tulit ex eadem & filias tres: Annam primam, ad diuam Claram Viennæ abbatissam: & alteram Annam Poloniæ regis coniugem, quæ postea Goricensi comiti nupsit, & ad postremū uestalem in Khünigsueld. Tertiam quoque Elisabetam procreauit, Bohemiæ regi desponsatam, quæ ante nuptias obiit, anno 1335. Harum uerò mater ipsa senior Elisabeta, posito in Minoritarum cœnobio sacello, uitam cum morte commutauit, anno 1331. in eodem sacello fundatione sua sepulta.

Austriæ dux Bohemiæ rex creatur.

Austriæ dux imperator creatus.

Austriæ dux à Bauaris captus.

Hunc in antiquis prærogatiuis & priuilegijs cœnobiorum Fridericū regē de Romā appellari obseruauimus.

Maurbacense cœnobium.

Prima abbatissa ad diuam Claram.

Sacellum diui Ludouici in

Minorum templo ab Elisabeta positum.

RUDOLPHVS hoc nomine tertius, cognomento Mitis, uiuo adhuc parente, & ad imperij gubernacula adscito, Austriæ administrandæ præficitur. Cui pater anno Domini 1298. in publicis No-

N

rimbergæ

*Iterū Austriae
dux rex Bohemiae.*

*Cœnobium Minorum
Viennae à quo positū.*

*Austriae dux
Bohemiae rex
coronatur.*

*Austriae dux
ueneno necatus.*

*Diuae Clarae
cœnobium Viennae.*

*Minorum cœnobium
Viennae. Henricus is
septimus est familia
comitum Lutzelburgen-
sium erat.*

*Ille Ioannes Rudolphi
secundi filius, et Bohemiae
rex erat, Albertum
primum Caesarem apud
Heluetios per insidias
interfecerat.*

*Praelium hoc in
Bauaria factum, ubi
Fridericus Austriacus
captus, et in Trausnit
castro per triennium
in libera custodia à
Bauaris est habitus.*

*Quam chari Austriaci
Romanis pontificibus
suerint.*

*Imperij insignia erant
Lancea Domini, corona,
et crucis Domini portio.*

rimbergæ comitijs Blancam Philippi Franciæ regis filiam desponsauit: ac Henrico Charentano sororio (qui Bohemiam per uim occuparat) ibidem proscripso, Bohemiæ regem solenni feudo creauit. In quod regnum dum à parente armis reduceretur, cæterum possessionem consequi non posset, Austriae administratione ac regis tantum titulo contentus, Blancam coniugem amisit, anno MCCC V. in Minoritarum cœnobio propria fundatione sepultam. Postquam Elisabetam Venceslai (quem inter sanctos numerant) Bohemiæ regis uiduam, & alterius Venceslai Bohemiæ item regis no uercam, cum spe consequendæ Bohemiæ, sibi coniunxit. Cuius amore (qui maximus apud Bohemos erat) Henrico Charentano à Bohemis deturbato, Pragæ solenni inauguratione, à Moguntino præfule Bohemiæ rex coronatur. In qua dum uix annum gubernaret, non sine ueneni suspicione è medio sublatus est, circa annum Domini MCCC VII. Pragæ regio honore tumuloq; conditus. Progenuerat ex utraq; uxore filios & filias, quarum nomina deprehendere non potui. Fuit & eius non minimum in religione studium. Nam & diuæ Clarae cœnobium ut ad extremam manum perduceretur, duo milia librarum argenti donauit. Id quod & in Minorum monasterio ab Ottocaro quondam Bohemiæ rege incepto, à Blanca uerò uxore sua locupletato, pie & cum laude fecisse perhibetur.

LVPOLDVS primus hoc nomine, cognomento Gloria militum, mille & quadringentorum equitum selectissimorum comitua Henricum septimum Romam ad coronationem deduxit. Et ut Mantuam, Veronam, Ianuam in fidem reciperet, insidias Mediolani structas à quodam à turri declinarit, auxilio fuit: donatus hac de causa omnibus bonis † Ioannis ducis, quondam patris Lupoldi interfectoris. Quo Caesare mortuo p Friderico fratre, ut imperium aduersus Ludouicum Bauarum retineret, omnia consilia suscepit. Cuius si frater expectare auxilia uoluisset, nunquam uictus, & in custodiam à Bauaris adsertus fuisset. Quod tamen potuit, captum fratrem ultus, Ryed ac Dietmaningum notissima ac munitissima Bauariæ loca obsidione pressit, Scherdingio etiam expugnato. Omnem præterea lapidem mouit, ut fratrem in libertatem adsereret, communicatis ea de causa, cum summo pontifice, Galliae & Hungariæ regibus, consilijs: à quorum pontifice anathema etiam in Bauarum impetrauit. Ad postremum, cum nihil precibus efficeret, traditis imperij insignibus (quæ apud se hætenus fratris loco retinuerat) Ludouico Bauaro, ut fratrem liberaret, fide data deceptus fuit. Cum omni conatu caderet, ad magicam artem conuersum ferunt. Cum & hac non succederet, dolore ac curis confectus, apud Argentoracum febre corripitur. Quæ cum inualuisset, phrenitide accersita, hominem abripuit, anno Domini MCCC XLVI. pridie cal. Martij.

cal. Martij. Cuius cadauer traductum in Khünigsueld, honorificè iuxta matrem conditum est: cum ex uxore sua Antici Sabaudiaë ducis filia, duas filias suscepisset: alteram Catherinam Grossensi duci apud Silesios collocatam, alteram domino à Cuffin Franciaë satrapæ nuptam.

OTTO, hoc nomine in hac stirpe primus, cognomento Mirabilis, à Ludouico Bauaro Cefare quarto, Charinthiaë dux, Henrico Charëtano Bohemię rege sine spe successionis extincto, inauguratus est, anno Salutis nostrę MCCCXXXV. Et anno proximo Taruisij pariter ac Paduæ ab imperio uicarius designatur. Saxenburgense tamen dominium, ac uniuersam Draui scaturiginem, ne tota simul Charinthia Henrici soboles caderet, Margaretaë Multaschin, Henrici superioris filiaë & hæredi concessit. Duas duxit uxores: primam Elisabetam, Stephani Bauarię ducis filiam, ex qua Fridericum procreauit secundum huius prosapiaë, cui Angliæ regis filiam desponsauerat, qui ante nuptiarum solennia obiit, anno MCCCXLIII. Secundam postea Annam, Ioannis Bohemiæ regis natam, sibi in uitæ consortium adsciuit, Caroli quarti Cefaris fororem. Ex qua Lupoldum filium tulit, qui immatura morte abreptus, in Nouomonte Styriæ cœnobio, patris opere iuxta parentes sepelitur, anno MCCCXLV. Bellum unicum ab hoc Ottone gestum reperio, Alsaticū, in quo Colmariā expugnauit. Iuuit quoq; religionem nostram cum laude, Nouomontano cœnobio Styriæ, Viennæ quoq; Augustinianorū, ac diui Laurentij pro uestalibus, à fundamentis scilicet positis. Cætera locupletauit, diuæ Claræ intra Viennā à Rudolpho fratre, fratrisq; filia Friderici inceptum. Per Austriam uerò Styriam que, Paungartnberg, Engelhartscell, Zuetl, Phara, Iudenberg, & Merrenberg, suis donatiuis reddidit cultiora. Obiit anno Verbi incarnati MCCCL, sepultus in Nouomonte Styriæ, fundacione sua.

HENRICVS hoc nomine in ista familia primus, sacris initiatus primū erat. Vnde cum à Friderico fratre iam Cefare electo, cum copijs Pontifici maximo in auxilium contra Gibellinos missus fuisset, ac egregiam ea in re operam nauasset, spe Moguntini archiepiscopatus consequendi, honorificè donatus dimittitur, à fratre mox ob suspiciones quasdam auocatus. Porro mortuis fratribus suis, & potestate à Romana sede impetrata, uxorem sibi coniunxit Elisabetam, Ruperti comitis à Vuirtenberg filiam. Fuit is olim captus in conflictu ad Dorrenberg Bauariæ, à fratre Friderico contra Ludouicum Bauarum habito; sed in libertatē mox adsertus, diem suum obiit, anno MCCCXLIII, sepultus in cœnobio Khünigsueld apud Heluetios, iuxta matrem.

ALBERTVS isto nomine in hac stirpe secundus, Contractus ab euentu cognominatus, quod uenenum aliquando acceptum

Quādo duces Austria primū omnium duces Charinthiaë creati sint.

Taruisij domini Austriaë duces effecti.

Margareta Multaschin hæres Charinthiaë.

Duces Austriaë et matrimonia contrahunt cū Angliæ regib.

Noui montis cœnobium, hodie Neiperg Styriæ.

Exordia cœnobiorum Noui montis Styriæ, Augustinianorum & diui Laurentij Viennæ.

Dux Austriaë sacerdos et canonicus Patauenfis.

Veneno tentatus dux Austriae.
Dux Austriae canonicus Pataviensis.
 Medici in nervos procul à corde ablegassent. Minimus fratrum, Pataviensis primum canonicus: deinde cum fratres omnes rebus humanis sine hærede absoluti, successionem destituerent, habita Pontificis Ioannis uigesimi secundi dispensatione (qui & Moguntinum illi paulo antè episcopatum promiserat) Ioannam Vdalrici comitis Phyreтарum filiam duxit uxorem. Ac administrationem post fratres suscipiens, & successionem solus tenens, ita rem domi forisq; gessit, ut Sapientis nomen mereretur. Progenuit uerò ex Ioanna Phyretensi tres filios, & duas filias: hoc est Rudolphum quartum, Albertum tertium, & Lupoldum secundum. Filiarum alteram Margaretam, Marchioni Brandenburgensi uxorem collocavit: alteram nomine Catherinam, cœnobio diuæ Claræ Viennæ inclusit, additis monasterio huic haud minimis donatiuis. Extant huius Alberti foris domiq; præclara studia. nã tria maxima grauissimaq; ab hoc principe gesta bella reperio: Helueticum, aduersus deficientes Tigurense, qui adscitis in societatem consiliorum Lucernensibus, Glarensibus, Vnderuualdn, & Schuuitz, Habsburgensem comitem nomine Ioannem, bello ex improviso adortum, in uincula coniecerant. Quo bello, & agnatum captiuitate liberauit, & Heluetios, ne omnes in uniuersum deficerent, cohibuit. Secundum illi Vuirtenbergense bellum fuit, ab Eberhardo uidelicet Vuirtenbergiæ comite in auxilium aduersus Carolum quartum Cæsarem adscitus, qui eum patrocínio semel traditorum oppidorum arcere conabatur, Ulmæ uidelicet, Eßlingæ, Reytingæ, Rotuuilæ, & Lyndouix. Idem in pace studium. Studiũ generale Viennense, quondam à Friderico secundo Cæsare auspiciatum, augustius multo redditum, ad extremam manum perduxit. Gamingense cœnobiũ Carthusianorum subsidio posuit, & Berichtoldorfensis castri fundamenta oppidulicq; iecit: quo loco nobiles quidam pagum habuerant à conditore hoc nomine appellatum, qui postea ab Austriae ducibus proscripti Ekhartfouienfes cognominati sunt. Porrò Albertus diem clausit extremum anno Salutis nostræ MCCCLXXXVIII. in Gaminga cœnobia fundatione sua sepultus.

Minimus ducẽ Austriae familiam suam ne intercideret, tenuit.
Ducissa Austriae Vestalis Viennæ ad diuam Claram.
Bellum Helueticum.
Bellum Vuirtenbergense.
Gymnasij Viennensis exordia.
Gamingensis cœnobiij exordia.
Castelli Perchtoldsdorf exordia.
Fundator unde dictus.
Gymnasium Viennense perfectum, & loco translatum fuit.
 RVDOLPHVS, hoc nomine quartus, cognomento Magnanimus, & à tot positis templis ac cœnobijs Fundator, testamento parentis Alberti uidelicet superioris, ad capeffendam Rempublicam substitutus est, ea conditione, ut fratres Albertum & Lupoldum consiliorum participes admitteret. Inter ipsa administrationis initia, bonum in se & frugalis prudentisq; principis exemplum statuens, Gymnasium Viennense à parente pristinae dignitati restitutum, locoq; translatum, ab Augustinianorum uidelicet conuenticulo & foro, ad Dominicanos, ac ueteres Templariorũ ædes, suis donatiuis ita extulit, ut maximis non per Germaniam modò, sed Italiae quoq; simile Academijs esset: Henrico ab Hassia, & quodam à Dünkhlis-

à Dünkhlsbühel, magnis promissis è Lutecia Parisiorum Viennam accersitis, Diui quoq; Stephani parochiam Viennæ præposituræ dignitate commutauit, adiectis proximorum pagorum parochiarum redditibus. Præposito subiecit canonicos uiginti quatuor, dimidio horum ex Gymnasio numero. Templum uerò ipsum, ab Henrico quondam primo Austriæ duce, omnibus Sanctis consecratum, & ab episcopis postea Patauiensibus Stephani nomine suæ diocesis patroni decoratum, & nouis fornibus, & turri admirandi operis (quæ inter orbis miracula est habita) augustius multo reddidit. In matrimonio habuit duas nobilissimas fœminas, primam Margaretam Multaschin, Henrici Charinthiæ ducis & Bohemiæ regis filiam, unicam Tyrolensis comitatus hæredem, quæ antea Ioanni Bohemiæ regi, & exinde Ludouico iuniori, Ludouici Cæsaris quarti filio Brandeburgensi Marchioni nupta fuerat. Cuius matrimonij intercessione fecundissimum Tyrolis comitatum Austriæ adiecit. Quæ extincta, anno Domini MCCCLIX. Catherinam Caroli quarti Cæsaris filiam sibi adsciuit. Sed ex neutra prole tulit. Curis igitur, non annis grauatus, cum sub annum Domini MCCCLXV. Carolum quartum Cæsarem socerum Romam usq; comitaretur, ad diadema ex more à Pontifice impetrandum, Mediolani ex morbo decessit, quarto nonas Septemb. Cuius cadauer Viennam perlatum, in diui Stephani cathedrali à se posita basilica, primum omnium Austriæ principum, conditum fuit. Vbi postea sequentes Austriæ principes, posthabitis Melicensi, Neuburgensi, & Khünigsueldensi conditoribus auitis, omnes depositi post mortem dignoscuntur.

ALBERTVS tertius cognomento Cum trica, quam in capillis gestare solitus erat (quæ adhuc superest in castro Laxenburg, ab ipso uidelicet cum uiuidario proximo constituto) Is Rudolpho nato maiore fratre, penes quem summa rerum fuerat, rebus humanis absoluto, cum fratre Lupoldo in Austriæ, Styriæ, Charinthiæ, Tyrolis, & Sueuicarum prouinciarum administrationem successit. Quam cum communibus aliquandiu auspicijs fratres obirent, orta inter ipsos (ut fit) dissensione, frigidam suffundentibus singulorum aulicis, primi Austriacorum diuisionem iniere: quæ fraterna cõtrouersia exardescere, sæpe postea mutata fuit. Nam primùm Alberto omnes inferiores Austriæ prouinciæ cesserant, Sueuicas Lupoldo sortito. Quæ quinquennio postea elapso, partibus displicuit diuisio, discordiæ semina subinde regulis iaciētibus. Lupoldus igitur, quod plures liberos acquirebat, prior partitionem rescidit, ac omnes in fidem suam recipiēs Austriæ prouincias, solam Charinthiam ac Styriam Alberto fratri concessit. Sed nec ista ratione Lupoldi cupiditati satisfieri potuit, prouinciarum fecunditatem causato. Solius igitur Austriæ obsequio contentus Albertus, ut fratris animam satiaret, ceteras in uniuersum omnes prouincias Lupoldo permisit. Ipse mox Elisabetam, Caroli quarti Cæsaris natam

Primi doctores Academiæ Viennensis.

Præposituræ Viennensis exordia.

Canonici Viennenses.

Templum omnium sanctorum auctum.

Exordia insignis turris Viennensis.

Margareta Maultaschin ducis Austriaci coniunx.

Tyrolis comitatus quando Austriæ adiectus sit.

Rudolphus obiit in Italia.

Fortè sodalitijs causa & ordinis suscepti. nam multe tales triæ adhuc pite in Laxenburg castro suo opere cernuntur.

Austriæ primùm omnium diuisa.

Diuisio Austriacarum prouinciarum ratio & immutatio.

Vnde Albertus quartus processerit.

Doctorum et religiosorum Meccensis dux Austriae.

Cœnobia au- xit Albertus.

Gymnasium Viennense confirmatum à Romana sede.

Viuidarij Laxenburgensis Dyrgarten exordia.

Schaunburgenses comites bello petiti ab Austriacis.

sibi desponsatam, in uitæ consortium adsciscit. Qua paulo post sine prole mortua, Beatricę Burgrauij Norrnbergensis filiam nuptum accepit: ex qua Albertum quartum solum suscepit. Ferunt hunc astronomiæ, architecturæ, & statuariæ artis cum primis studiosum extitisse, ac doctos religiososq; homines præter ceteros & dilexisse & iuuisse. Ad rem deniq; diuinam propensum, sacra nunquam dilexisse: psalmodiam quoq; subinde cum monachis & sacerdotibus perfecisse. Proinde plurimum huic principi Austriacarum prouinciarum cœnobia debent, quorum peculiariter diuę Crucis in Tullana, sancti Hippolyti, sancti Agapiti in Chrembsmunster, & Garten, multis donatiuis hic Princeps accumulauit. Fuit & in augęda Republica studiosus. Viennensis Academia confirmationem ab Urbano papa sexto obtinuit, anno MCCCLXXXIII. Viuidariũ ac castrum in Laxnburg magni operis primus à fundamentis excitauit. Duo quoq; ab hoc gesta bella reperio: Schaunburgense primum, aduersus Henricum Schaunburgij comitem, qui ab Austrię principibus deficere ad Stephanum & Albertum Bauarię duces uidebatur. In quo expugnatis comitatibus munitioribus locis, ad duras contumacem suscipiendas conditiones cogebat, Peurbachio, Viechtsteyn, Feldn, Camer, et Neuhaus castris comitis, in sua uerba adactis. Secundum ab hoc principe bellum gestum, Bohemicum erat: in cuius procinctu, antequam cum hostibus manum confereret, rebus humanis eximitur, dum uenationi operam daret in castro suo Laxnburg.

Diuisio prouinciarum Austrię facta.

Austrię accessere in Heluetijs ditones.

Taruissiana Marcha Austrię accessit.

Causa belli Venetici.

LVPOLDVS secundus hoc nomine, cognomento Decus militum, mortuo Rudolpho germano natu maiore, eisdem auspicijs cum Alberto tertio fratre in Austrię gubernacula successit. Cum quo sæpe partitus hæreditatem, ad postremum, cum prole abundaret, omnes prouincias, sola Austria excepta, in uerba accepit. Hæ erant, Charinthia, Styria, Carniola, comitatus Tyrolis, marcha Venetorum, Burgouia, Brisgaudia, & cætera apud Sueuos & Rheni ripam sitæ prouincię. Qui inter initia statim principatus, animum ad augendam rem domi forisq; aduertit. Austrię enim adiecit Hohenburgensem comitatum in Rhetia prima amplissimum, & apud Heluetios dominia haud minora Veldkirch, Bludetz, & Sanctũ montem. Quorum partem hæreditatis successione, partem uerò à Rudolpho & Alberto comitibus à Vuerdenberg are comparauerat. Addidit & Taruissianam marcham ab Henrico Goricensi genero, Taruissiano domino, & nomine imperij præside, adsentiente Carolo Cæsare quarto, traditam. Et si Francisci de Carraria Paduani principis fides non fluxa fuisset, uniuersas Fori Iulij & Vincentig amplas ditones in fidem recepisset. Duo bella grauissima gessit: Venetum, aduersus Andream Cantarenum Venetorum ducem, à Francisco de Carraria Paduano, Magno Cane de la scala Vincen- tino, &

tino, & Rumboldo de Colalta Taruisiano, principibus, cum Hungariae rege Ludouico, in spem potiendarum eius uiciniarum prouinciarum euocatus. In quo bello, ad aequas conditiones Venetos adiegit, receptis in fidem Taruisio, utroque Cenadio, Beluino, Sperualle, & castro sancti Victoris, cum montium claustris isthac in Italiam ducentibus. Quae res effecit, ut & is dux, & qui hunc sequuti sunt, ultro apud Austriacos foedus & pacem sollicitarent: Antonius Vennerius, anno MCCCLXXXVII. Andreas Dandalus, anno MCCCLXXXVIII. Michael Steno, Franciscus Foscarus, MCCCCXXXIII. Pasqualis Marpetrus, Christophorus Maurocenus, Andreas Vendronius, Ioannes Marangi, & qui ultimus sub Maximiliano foedus uolauit Augustinus Barbadicus. Secundum bellum gestum a Lupoldo, Helueticum fuit, sub anno Domini MCCCLXXXVI. cum a parente quondam deficientes Tigurinenses ac Lucernenses, potentissimos apud Helueticos populos, in ordinem redigere conaretur, auxiliariis in hoc manibus adiutus Caroli quarti Caesaris, ac principum Germaniae principum fidis subsidijs. Sed dum secus quam disciplina militaris exoptulat, incaute Helueticos, multis in locis aditus obsidentes, ac ad pugnam praeter spem instructos adortus fuisset, fuso exercitu, ipse ad Sembach, locum ista clade nobilissimum in Helueticis, cum multa in pectore uulnera aduersa accepisset, fortiter occubuit. In quo desiderati ex principibus pariter sunt, Otto marchio ab Hochberg, Ioannes comes ab Fürstenberg, Ioannes & Vdalricus comites ab Hasenberg, Niger comes a Zolern, Vualtherus comes a Geroltzekh, Albertus dominus a Rechberg, Ioannes ab Oxenstain, Fridericus a Monstrall, Otmarus Drugfals a Vualdpurg, Petrus comes a Tierstain: & ex Austria Styriacque, Domini ab Arberg, Reiffenstein, Greifstain, Schlandersperg, & alij.

Porro post cladem acceptam, ducis cadauer in proximum coenobium, & praecipuum Austriae principum conditorium Khünigsueld transportatum ex acie, honorifice conclamatum est: cum ex coniuge Virida, Barnabae ducis Mediolanensis filia, quatuor filios & tres natas suscepisset, Lupoldum tertium, Fridericum secundum, Gulielmum & Arnestum hoc nomine primos, Natarum, Elisabetham Henrico comiti Goricensi, secundam Bauariae duci Menhardo, & postea Morauiae marchioni in matrimonium collocauit. Caetherina sacris initiata, diuae Clarae coenobio Viennae inclusa fuit.

ALBERTVS quartus, cognomento Mirabilia mundi, Alberti tertij filius fuit, & mortuo patre, in Austriae tantum administrationem successit: & paulo post patruo quoque Lupoldo rebus humanis absoluto, caeteras quoque Austriae sortitus prouincias fuit, eas denique paulo ante diuisas in idem ceu corpus reduxit. Qui praeter caeteras uirtutes, quae plusquam humanae in hoc principe erant, religione etiam incredibili claruit. Antequam uitae sociam adhiberet, sub

Austrie adiecta in foro Iulio.

Venetis foedus cum Austriacis habent. Catalogus ducum Venetiae.

Helueticum bellum.

Austriae dux interficitur ab Helueticis. Catalogus Comitum & Baronum in hoc praefatio ab Helueticis interfectorum.

Sepultura Leopoldi ubi.

Ducissa Austriae monialis Viennae ad diuam Claram.

Religiosus princeps.

annum

*Dux Austriae
Hierosolymam
profectus.*

*Is fuit Lupol-
dus quintus su-
perioris fami-
liae Babenbergē
suum.*

*Nota audaciā
& magnificen-
tiā Austriaci.
Veneno neca-
tus Albertus
quartus.*

*Fabula de hoc
duce Austriae.*

*Senior fratrum
ad summam re-
rum tendit.*

*Germaniae
praeses dux Au-
striae.*

*Matrimonia
Austriae cum
Hungaria &
Polonia.*

annum Domini 1440. diuini spiritus instinctu, ad terram electio-
nis profectioem instituit: atq; omnibus dissuadentibus, cum iam
omnia à Turcis tenerentur, non sine ingēti periculo Hierosolymas
applicuit. Vbi exploratus à Turcis & Sarracenis, superiorum secu-
lorum memoria (cum captam Ptolemaidem ab Austriae duce acce-
pissent) insidias multis in locis structas, magna animi industria, uix
declinauit. Tandem omnibus miraculis locisq; terrae sanctae per-
spectis, nauigium ingressus, alto iam soluens, Austriae insignia cum
ingenti tiliarum reboatu Paganis ostendit. Bellum unicum ges-
sit, Bohemicum, eisdem cum Sigismundo Caesare auspicijs, aduer-
sus Iodocum Morauiae marchionem. In quo letali accepto poculo,
dysenteria in mortē resolutus est, relicto Alberto quinto uixdum
annos nato decem, quem ex Ioanna Alberti Bauariae ducis & Hol-
landiae comitis filia procreauerat. Ipsum uerò Alberti patris cada-
uer, in diui Stephani templo cathedrali Viennae positum est, ma-
gnifico uidelicet illo maiorū suorū cōditorio. de quo mira referūt
annales, quae uulgi sermo comprobare uidetur, Albertum uideli-
cet per ferreum montem, & Pigmæorum terras transisse. Quae fa-
bula ex sua in terram Sanctam profectioe peregrinationeq; occa-
sionem accepit.

VILHELMVS Lupoldi secūdi filius primogenitus, mortuo pa-
tre, cum fratribus Friderico, Lupoldo, & Arnesto, in relictas ditio-
nes succedit. Primus omnium, cum fratres minores nati essent, iu-
bente paterno testamento, rerum ad se summā traxit. Quam, quo-
ad in uiuis erat, retinuit, fratribus in comitatus dimissis. à Vuences-
lao postea Romanorum rege totius Germaniae praefectura conde-
coratus est. Duxit tres ordine uxores, sed infelici omine, cum nec
copia illi omnium facta sit, & nullam post se prolem reliquerit. Pri-
mam Heduuigē Hungariae regis filia sibi desponsauit, anno 1394.
cum spe ducentorum millium ducatorum, dotis loco. quod matri-
monium dolis Elisabethae socrus ad irritū cecidit. Ioannam postea
Caroli Pacis, Hungariae item regis filiam, nuptū accepit. quae haud
multo post nuptias tempore, uitam cum morte commutauit. Con-
sequutus demum tertium matrimonium, Poloniae regis filia cum
spe regni accepit. Ibi in Polonia ante nuptias, cum Rempubicam
sponsae nomine capefferet, Polonis rex teutonicus displicuit, Vla-
dislao duce Lituaniae Vitoldi fratre homine gentili in regnum uo-
cato, à quo hodierni Poloniae reges descendunt. Itaq; & tertio ca-
dens matrimonio, coelibem deinceps uitam exegit: uel, ut quidam
annales tradunt, Henrici Goritiae comitis sibi filiam uxorem iam
quartam cōiunxit. Post mortem illatus auito Austriae ducum hu-
ius stirpis conditorio, in diui Stephani cathedrali templo, anno Sa-
lutis nostrae 1405.

LVPOLDVS tertius, cognomento Crassus & Longus, ducta
uxore

uxore Catherina Philippi Audacis Burgūdiæ ducis filia, Gulielmo fratre natu maiore extincto, cum fratribus Friderico & Arnesto, prouincias Austriæ quæ paulo antè in unum corpus coaluerant, iterum partitus, Sueuiæ & ad Rhenum sitas prouincias, Burgouiam, Alfatiam, Brisgauriam, & Hohenburgensem comitatum fortitur, Friderico Tyrolis, & Arnesto Styria ac Charinthia permissis. Mortuo postea ad Znoymam Alberto quarto, Austriæ quoque utriusque administrationem cum Arnesto fratre accepit: Alberto quinto annis immaturo, ab imperio tutor datus. Quod in maximam prouinciæ iacturam cessit, dum fratres inter se de tutela digladiantur: multos nobilissimos in prouincijs uiros, & non paucos ciuium Viennensium fraterna ira absumpsit. Inter quos Cunradus Vorlauf, Cunradus Rampesdorfer, & Ioannes Rokh, uetustissimarum prouinciarum & magno loco ciues capite affecti sunt. Bellum unum Helueticum gessit, dum patrem ulturus, qui ad Sembach in Heluetijs occubuerat, Cæsarem Carolum quartum, & præcipuos Germani nominis in commilitium accersit. Ex quibus, Ioannes comes à Vuerdenberg, & Donatus comes à Dokhnburg, non societatis iure, sed necessitatis imperio (cum & hi ab Heluetijs urgerentur) auxiliares copias adiecere. Itaque cum sex millium numero exercitu uallem Glarensensem temerè Lupoldus adortus fuisset, conferta manu succumbit. Quo in prælio desideratis mille quingentis, cum reliquis ad proximum oppidulum Vrsee euadit. Cuius terga ponè insequentes Heluetij, expugnato Vrsee, hostes usque ad Dokhnburg fugant. Contra quos aciem restituens Lupoldus, pedem fortius intulit: & omnibus interclusis, salis inopia urgens Heluetios, ad æquas conditiones adegit. Et sic composito bello Heluetico, plenus annorum moritur, & Viennæ in diui Stephani basilica more maiorum sepelitur.

Austriæ matrimonium cū Burgundia.

Diuisio prouinciarum Austriæ.

Tutor Alberti quinti Lupoldus.

Turbæ Austriæ in tutela Alberti quinti.

Ciuium Viennensium supplicia.

Bellum Helueticum.

Austrij ab Heluetijs uincuntur.

Austriacorum foedus cū Heluetijs.

FRIDERICVS, isto nomine secundus in stirpe Habspurgenfi, cognomēto Magnus, Lupoldi secundi filius, & tertij frater germanus, in diuisione cū fratribus Arnesto & Lupoldo, Tyrolis comitatum fortitus: mortuo paulo post Lupoldo fratre, Sueuicas quoque prouincias in fidem accepit. Bellum & is Helueticum gessit, abbati sancti Galli in auxilium aduersus Abbacellenses profectus, qui defectionem ad Confoederatos moliebantur. In quo bello infelix auspiciū nactus, diui Galli oppidi, comitis à Vuerdenberg dolis, qui signa in aduersam aciem transtulerat, soluere obsidionem coactus est, amissis quingentis suorum: inter quos comes quidam à Tirstayn, Dominus à Landenberg, Dominus à Khlingnberg, & Hermannus ab Haluuuel desiderati sunt. Expertus aduersam & in concilio Constantiensi fortunam fuit, dum Ioannem papam abdicandū, clam eduxisset. Proscriptus ab imperio propterea, & dominij exutus fuit apud Sueuos, Heluetiosque, Stayn, Veldkhirchn, Frauen-

Tyrolis comitatus separatur à reliquo Austriæ corpore.

Bellum Helueticum.

Clades Austriacorum accepta ab Heluetijs.

Austriæ dux Papam Ioannē è concilio Constantiensi abduxit.

*Dux Austriae
in gratiam imperij redijt.*

*Sigismundus
cum scipione,
mit dē kholbē,
unde natus sit.
Stambs cœno-
bij exordia.*

*Bellum Helue-
ticum gestum
à Sigismundo
archiduce.
Heluetiam Au-
strij Burgun-
dis uendunt.
Austriae matri-
monia cū Sco-
tia.
Maximilianus
omnes prouin-
cias in unū ite-
rum corpus cō-
iunxit.*

*Andreas
Blankh diu.
Dorotheae cœ-
nobij author,
præceptor, et
postea cancel-
larius Alberti
quinti.
Albertus Sigis-
mundi Cæsaris
filiam uxorem
ducit.*

*Albertus ad
Bohemiae re-
gnum uocatus.
Albertus ad im-
perium uocatus.
Albertus ad re-
gnum Hunga-
riae uocatur.*

Frauenueld, Baden, Melligen, Vuallēstad, Bremgartē, & uniuersa ferè Ergouia. Quæ non antè recepit, neq; in gratiam imperij redijt, priusquam Pontificem concilio denuò presentem reddidisset. Quod etsi difficulter, perfecit tamen. Duas in coniugio habuit nobilissimas foeminas, Roberti Romanorum regis & Bauariae ducis filiam: & hac extincta, Annam Brunsvuigij ducissam, ex qua Sigismundum archiducē progenuit, Tyrolis ante memoriam nostram dominum, quem uulgo Cum scipione cognominant. Obijt uerò ipse Fridericus in Oeniponte, suæ ditionis metropoli, sepultus in Stambs primus suæ familie, celeberrimo eius prouinciæ cœnobio, & à Maynardo quondam Tyrolis comite posito, anno MCCC.

SIGISMUNDVS, hoc nomine primus istius profapiae, cognomento Simplex, in Tyrolis dominio patrem sequutus est: & statim inter initia principatus inauspicatò manum cum Heluetijs conseruit, dum auitam in Heluetijs ditionem aut tueri armis, aut uendicare amissam conaretur. Quo cum nihil proficeret, Carolo Burgundiae duci ea bona leui precio uendidit. Qui armis Heluetios ad obsequium redacturus, in ipso conatu concidit. Accepit autē duas ordine uxores, Catherinam Alberti Saxoniae ducis filiam, & Leonoram Iacobi Scotiae regis natam, sed ex neutra prolem tulit. Proinde moriente hoc tandem sine liberis, Maximilianus Friderici Cæsaris & Austriae archiducis filius, qui tum rerum in Austria potiebatur, Tyrolim quoq; cæteris hæreditarijs Austriae prouincijs coniunxit: adeò ut in hoc, in unum iterum corpus omnes ab Austriae principibus conquistæ prouinciæ redierint.

ALBERTVS quintus hoc nomine in Austria, mortuo patre ad Znoymam Morauiae oppidum, annos uix decem numerans, in auunculorum tutela Lupoldi & Arnesti educatus liberaliter, cum primùm ex ephēbis excessisset, in libertatē adsertus est, anno 1416. incumbētibus in hanc curam iam diu Reymberto à Vualsee, ducis morum formatore, & aulae præfecto: & Andrea Blankh Garsensi, præceptore Alberti, & postea scriniorū magistro, qui diuæ Dorotheae præpositurae Vuiennæ exordia posuit. In administratione igitur Austriae à Sigismundo Cæsare cōfirmatus, & coniugio simul imperialis filiae Elisabethae condecoratus fuit, anno 1420. Mortuo postea Sigismundo socero, primū omniū ductu Casparis Schlikh, Epistolarum magistri, Bohemiae rex inauguratus est. Ad quod soceri non minimum testamento consilioq; euectus erat, Barbara imperatrice socru, spe Casimiri Poloniae regis matrimonij, nequicq; tam bonis consilijs obstante. Interea uirtute & fama crescenti Alberto imperiales quoq; fasces committuntur, anno currēte à nato Christo 1437. Proximo quoq; anno in Hungariae regem petitur, rara temporum felicitate: ac tanq; pleno Copiæ cornu fortunā haberet arridentem, tria amplissima regna coniunxit, quod, solo Sigismundo

mundo excepto, paucis contigerat. Qua in re se adeò modestum præbuit, & (ut ferunt) uolucris fortunæ instabilitatem considerauit, ut nisi Pontifex summus, Gallorum rex, ac auunculi sui uterq; Fridericus suam interposuissent authoritatem, ac delinitus aliquot ab his rationibus fuisset, nunquam tam periculosam, ac sibi fatalem Hungariæ regni in se administrationem recepisset. Quam primum omnium ut subiit, nihil antiquius habuit, quàm ut à Turcarum tyrannide & iugo nobilissimam prouinciam liberaret: quod & primum illi & ultimum rerum fuit. Gessit & Bohemicum & Prouinciale bellum, dum adhuc in minoribus esset. In quorum primo Sigismundum socerum, & uniuersum adeò imperium Romanum adseruit, ad extirpandam Hussitarum factionem & hæresim, auxiliares manus conferendo. Quod illi non modò maximo sumptui, sed detrimento insuper cessit, Retzio Austriæ oppido, Morauia uicino, ab hostibus expugnato: & comite ab Hardekhe Austriaco capto. Alterum aduersus latrones quosdam, sed citra sanguinem confecit, fontibus ad supplicium raptis: qui authore quodam Schoekhl, finito Bohemico bello, stipendiorum cupidi, Austriam infestam reddiderant. Adiecit is Albertus Hungariæ regno, Nandor Albam, quam hodie Græcam dicimus, à Georgio Seruia Despotæ traditam, ut Misiss suppetias ferret. Hoc in Hungariæ limitibus constitutum, Ioannis Huniadis Matthiæ Hungariæ regis parentis, strenuissimi apud Hungaros uiri, & consilijs Ioannis Capistrani monachi defensum, obsidione iterum cinctum, ut liberaret, ac regni tueretur dignitatem, cum ingenti exercitu in Seruiam aduersus Turcas mouit. Quibus in fugam actis ac uictis, in Austriam rediturus, maximo æstu solis, flagrante sirio, dum melonum refrigerio se auidius recreat, in insula Schut dysenteria in mortem soluitur, anno 1439, cum nondum biennium imperasset. Cuius cadauer ut Hungariæ regis, in Albam Regalem, solitū Hungariæ conditorium, transportatum fuit.

LADISLAUS primus, Alberti quinti filius posthumus, in Comoro Hungariæ castro editus, medio ferè anno post patris obitū: qui haud procul ab eo loco, nomine Meger pago, ueteris Mogenicianæ ruinis, rebus humanis excesserat. Ferūt in ipso partu, ne supposititiis crederetur, Palatinū Rheni, qui aulicus Palatini Cæsaris fuerat, & præsidio tum castro impositus, fores cubiculi patulas custodisse: deinde matrem, uagienti adhuc in cunis puello, sacrosanctā diui Stephani coronā applicasse: hanc postea Friderico Austriæ archiduci infantis agnato (ne ex gentis more fidem Hungari mutarent) transmisisse. Hanc non multo ante in hunc usum regina Elisabetha præriperat, uiuente adhuc Alberto, ea occasione dum thesaurum regium ac supellectilem regni, in castro Vischegradiensi, haud longe à Strigonio, quibusdā baronibus ad hanc rem selectis,

*Temperantia
& modestia
Alberti.*

*Turcicum bellum
gestum ab
Alberto.*

*Hussiticū bellum
gestum ab
Alberto.*

*Retzium Austriae
ab Hussitis
expugnatur.*

*Hussitæ comitem
Hardecensem
ceperunt.*

*Latrones ex
Austria Albertus
prostrigauit.*

*Alba Græca
Hungariæ adiecta
ab Alberto.*

*Albam Græcā
obsidione liberat
Albertus.*

*Obitus Alberti
in insula Schut,
pago Meger, siue
germanicè
Langdorff.*

*Locus natiuitatis
Ladislai regis.*

*Quo pacto Ladislaus
in cunabulis coronatus
fuerit.*

*Quo pacto corona
regni prærepta fuerit
ab Elisabetha.*

*Castrū Vischegradiense,
postea Plimdenpurg à
Germanis.*

Coronatio Ladislai in regē Hungariae.

Ladislau de-
nuò Hūgarie
regni governa-
cula consequi-
tur.

Friderici tertij
Cæsaris opera
Ladislau Hū-
garie regni di-
gnitatem reti-
nuit.

Tutores La-
dislai.

Ladislai mater
Hungarie re-
gnum admini-
stravit.

Quorū opera
retinuerit re-
gnum Hunga-
rie Ladislau.

Ladislau rex
in Noua ciui-
tate educatus.

Ladislau sub
tutela Frideri-
ci.

Quorum sa-
ctione Mathias
in Austriam
infecta signa
transulerit.

præsentibus recognoscit: Georgio uidelicet Palotio Strigoniensi-
um pontifice defuncto, qui custos thesauri erat: cæterisque omni-
bus obfignatis, hanc anui clam custodiendam tradidisse, & ex eo
tempore subinde secum detulisse. Cumque insidias multiformes sibi
paratas declinasset, filio primū omnium per archiepiscopū Strigo-
niensem Dionysiu baptismatis lauacris perluto, & Albā regalē tra-
ducto, uagienti adhuc in cunis imposuisse (cū nondū quatuor men-
ses exegisset) Alberto duce Austrig, Vdalrico comite Cilię, Mathia
Vespruniensi, Benedicto Iauriensi, & quibusdā baronibus nobili-
busque præsentibus: quem Pofoniū demum cum salute reduxit. Ac
quantū maior pars Hungarorū in Ladislau fratrem Casimiri Polo-
nię regis inclinaret, euenit tamen, ut anno statim quarto Ladislau
in spem regni uocatus, ad Varnā in prælio à Turcis prostratus fuis-
set, atque occisus. Quamobrē Hungari, qui interim Pofonium cum
Ladislao rege, eiusque matre, Poloni nomine obsederāt, hyemis aspe-
ritate coacti, obsidionem soluerunt. Quo facto, uno ore omnes in
Ladislau iuniorem Austriacū inclinant. Quibus Fridericus dux
Austrię ostendit, quemadmodū in crepundijs diademate redimi-
tus fuerit, & multa apud Hūgaros de administratione regni graui-
ter differuit. Conuenit igitur, ut tutorio nomine matrem cum filio
Fridericus ut agnatus, itemque Austrię prouinciā in sua acciperet,
Ioannes Huniades Hungarię, Ciliensis uerò comes Illyricis ac Scla-
uinis præesset. Atque ab eo tēpore Elisabetha mater multam operam
impendit, atque ea omnia consilia suscepit, quibus tam Hungarię que
Bohemię regna, filio in fide retineret. In quorum utroque factiones
exortæ erant, & quidā aliunde in spem regni acciti. Hungari nanque
factione Markhy cuiusdam, Ladislauum Lituanię ducem, Casimiri
Polonię regis fratrem: Bohemi uerò Albertum Bauarię ducem,
reges elegerant. Quæ miro astu prudentissima foemina cōpescuit,
apud Hungaros auxilio usa Ioannis Huniadis, & apud Bohemos
Procopij à Rabenstayn. Vendicarūt quoque illi operā non exiguam
Vdalricus & Fridericus comites Cilienses auunculi, qui Markhy
regionem in Sclauonia, ea de causa, duce Vitobitio, non semel de-
uastauerant. Ad postremū cum multæ illi filioque insidię strueren-
tur, in Austriam profecta, filium in Noua quā uocant ciuitate, libe-
raliter educauit, Austriam ut tutore administrante Friderico tum
Cæsare, hoc nomine in stirpe ista tertio, & in imperio postea quar-
to. Itaque Elisabetha regina paulo post rebus humanis absoluta, cum
adoleuisset Ladislau, non semel à prouincialibus ex tutela eximen-
dus petitur. Cuius rei authores erant, Vdalricus Cilię comes, An-
dreas PamKhircher Sulamingij liber, eiusque gener Ioannes à Stu-
benberg, cum fratribus suis ac agnatis Friderico, Georgio, Iacobo,
& Andrea, item Henricus & Rudolphus à Liechtntstayn. Qui &
postea Mathiam Hungarię regem in Austrię pernitiē adduxere,
auxilio

auxilio & factione Batauiensis episcopi accedente. Quā factionem uindicaturus Fridericus Cæsar, Andream Pākhircher in Styria Gratzij capite affecit, ceteris castra & munitiones ademit. Petierunt & Vuiennēses Ladislau dominū sibi tradi: & cū repulsam paterētur, Cæsarē in castro Vuiēnæ, cū uxore Leonora ac filio Maximiliano obsederūt. Vnde uix Bohemię regis auxilio liberatus, Romā ad coronam imperij recipiendā ex more, cum Ladislao iam decē & octo annos nato profectus est. Quo itinere emenso, ac negotio feliciter confecto, dum in Austriā reuerteretur, iterū in Noua ciuitate Austriæ obsessus, ut se tandem liberaret, Ladislau è tutela exemptum Austriacis dominū reddit. Cui non multo post & Hungarię regni gubernacula cōmittuntur, quę hactenus Ioānes Huniades fortiter & cū laude aduersus Turcas nō semel uictor pugnādo retinuerat. Ibi in utraq; prouincia grauiā Ladislao initia fuere, & in Bohemia demū auspiciū fatale. Nā cum omnis generis uirtutū cumulo ornatus, probitatis potius q̄ tyrannidis cōpos, sibi similes quoq; homines diligere uideretur, insidias multas pati cogitur, quas illi in Austria Vdalricus Eitzingerus, in Bohemia Georgius Bogiobraccius, & in Hūgaria Ladislaus & Huniades struere haud desistebant. Quas fortissimo animo omnes fortissimus heros tulit, & fidorum quorundā ope declinauit. Post Eitzingeri itaq; factionē, opera Vdalrici comitis Ciliēsis sopitā, anno Domini 1451. quo tēpore Budę Ladislaus curiā celebrabat, Ladislaus & Mathias Ioānis Huniadis strenuissimi uiri filij, occasionē nacti, cōiuratione inita cū episcopis Strigoniēsi, Varadiēsi, & Ganusio quodā Ladislao, curiā nocte multa ingrediūtur, eo animo ut regē per insidias obtruncarēt. Sed anteq̄ dirū facinus perpetrare potuissent, detecta cōiuratione per episcopū Colotsanū, comes à Vuerdēberg, subito præsidio introducto, coniuratorū cōsilia anteuertit. Qui, cum res in cōfesso esset, ueniā tamē à clemētissimo principe scelerati impetrarūt. Qui rursus ad solitā impietatem redeūtes, fidei præstitæ clementiæq; acceptæ immemores, nouū facinus animo agitāt. Vdalricū Cilię comitē & principem regis agnatū, in Alba Græca per speciē colloquiū, in loca conclauis remotiora abductū, sine arbitris, obtruncant. Quod illis postea haud impunē cessit, regali omni clemētia gratiāq; excidentibus. Nam & Ladislaus Huniades è uestigio capite corā rege cæsus est, & Mathias frater in Bohemiā custodiendus missus est. Qui paulo post Ladislao rege è medio sublato, ad regni Hūgarici fastigium peruenit. Igitur quas in Hungaria insidias declinauit, non potuit in Bohemia euitare, Georgio Bogiebraccio ad res nouas accōmodatissimo homine, id studente. Qui cū multa praua cōsilia aduersus regem nequicq; suscepisset, ad postremū, in ipso nuptiarū apparatu, quas erat cū Magdalena Caroli Francorū regis filia celebraturus, Pragæ anno Domini 1457. ætatis uerò suæ decimonono, accepto

Fridericus obsidetur in Noua ciuitate Austriæ à prouincialibus.

Ladislaus ex tutela liberatus.

Ladislaus in regnorum administrationem peruenit.

Insidiæ Ladislao struuntur.

Periculum Budę Ladislao declinatum.

Cilię comes interficitur in Alba Græca.

Ladislaus Huniades capite cæsus.

Mathias Huniades captus, postea Hungarię rex.

Insidiæ struuntur Ladislao in Bohemia.

Ladislaus ueneno necatur.

ueneno (ut multi scribunt) intempestiua planè morte ereptus est, princeps ad summā uirtutē expectatus. Ita sepe magna indoles uirtutis, priusq̄ reipublicæ prodesse potuisset, extincta fatorū iniquitate fuit. Ladislai corpus regio more differtum, Prage regijs sarcophagis additū fuit. Interfector mox (quod suspicionē cōfirmavit) à Bohemis in regnū sublimatus, cum Mathia Huniade (quē captum Ladislaus Pragæ habuerat) paciscitur de Bohemiæ regni proprietate, Hungariam Mathiæ, ad quam uocatus erat, concedens.

Ladislaus archidux Austriæ Pragæ sepultus.

ARNESTVS primus isto nomine, cognomento Ferreus, Lupoldi secūdi filius, & tertij frater germanus: Alberti uerò quinti, eiusq̄ filij Ladislai, fratruelis, mortuo Gulielmo fratre natu maiore (pene quē summa rerū erat) partitus cū fratrib. prouincias (Austria excepta, quæ in Alberti obsequio ac stemmate mansit) Styriam sortitus est, & Carniolam, ubi Obernburg, & Cellam Mariæ locupletauit. Communibus deinde auspicijs cum fratre Lupoldo, tutorio nomine Austriam administravit. Quam solus, Lupoldo fratre ex

Austriæ prouinciæ diuisæ. Styria sub ditione Arnesti.

Arnestus tutor Alberti quinti.

Arnesti archiducis uxores.

Cymburga Polona uxor Arnesti.

Vnde Fridericus tertius Cæsar processerit. Filie Arnesti quibus nuptæ.

fistula pedis decedente, tam diu gubernauit, donec in fraternis Viennæ exequijs, Fridericus Tyrolensis frater item, & Reimbertus à Vualsee, nobilissimus ac præcipui nominis in Austria satrapa, Albertum quintum postea Cæsarē, in libertatem adseruissent. Duas hic in matrimonio habuit nobilissimas sceminas: primam Margaretam ducis Stetiniensis filiam, ex Sigismundi Cæsaris matertera nam, ex qua nullam prolem tulit; secundam Cracouiæ duxit, Cymburgam Lituaniæ ducis filiā, qui paulo antè in Poloniæ regnū inauguratus fuerat: cuius fertur forma Budę captus Arnestus fuisse, cū curiam Sigismundi Cæsaris aliquādo inuisisset, ad quam præterea denuò aspiciendā, Cracouiam habitu mutato cōcessit: ubi agnitus à Poloniæ rege, & causā itineris intellecta, matrimoniū cum Cymburga perfecit. unde processere, Fridericus tertius Cæsar, Albertus

dux author Gymnasij Friburgensis: & qui in pueritiā mortui sunt, Arnestus, Rudolphus, & Lupoldus. Progenuit ex Cymburga et filias duas: quarum Margaretā Fridericus frater, Friderico Saxoniae duci coniunxit, unde Arnestus Saxoniae elector: & Albertus, qui Maximilianū Brugis liberauit, prodire. Alteram Fridericus frater Catherinā nomine, Carolo Badēsi marchioni cōiunxit: unde Fridericus, Christophorus, et Albertus, marchiones nati sunt. Porrò Arnesti ducis corpus Viennæ in diui Stephani tēplo conditū fuit. Cuius uxor Cymburgis paulo post, dū cellā diuę Virginis inuiseret religionis causā, uitā cū morte cōmutauit, anno Verbi incarnati 1429.

Bellum duorum fratrum pro prouincijs Austriæ.

ALBERTVS, hoc nomine in Austriæ hac stirpe sextus, Arnesti filius natu minor, Friderici tertij impatoris frater germanus, memoria dignū aliud gessit nihil, q̄ cū fratre imperatore pro Austriacis inferiorib. puincijs multo tēpore bellū gesserit, in equalē diuisionē causatus. Qua de re et Labacū et Rudolfsuerdū Carniole potiora

municipia,

municipia, cū suę factionis Vdalrico Cilie comite nequicq̃ obsede-
rat. Obsedit quoq̃ ac expugnauit aliquoties, uel traditā accepit à ci-
uibus. (absente Friderico) Viennā, multis per has fratrum turbas ex ciuium
numero absumptis, dū uniusquisq̃ aduersę partis adsertores ad sup-
plicium postularet. Maximū aut̃ operū, et laudatissimū illud est, q̃ in
Sueuicarū prouinciarū ditione, quas erat cū Friderico fratre forti-
tus, Friburgēse gymnasiū apud Brisiacos, à fundamētis primus po-
fuerit. De cuius gestis, matrimonio, ac obitu præterea reperi nihil.

FRIDERICVS, hoc nomine in Austria tertius, & in imperio, ad
quod postea uocatus fuit, quartus, cognōmento Pacificus, ex Ar-
nesto duce Austrię, & Cimbura Lituanię ducissa natus, anno
Domini MCCCCXV. Princeps (quod rarū in hoc ordine est) ma-
gnificētissimus, idemq̃ tēperantissimus, & à cunabulis abstemius:
pacis uerò, suprā q̃ dici potest, admirādus amator, ut multi nomē
illi fato quodā inditum arbitrentur. Qui cum primū regno ma-
tutum animum induisset, suscepto in terrā sanctā longo & pericu-
loso itinere, à Pasquali Marpetro Venetorum duce honorificè ex-
ceptus, Hierosolymam applicuit anno Salutis MCCCCXXXVII.

Vbi locis sanctis diligenter perspectis, reuersus in patriā, intra Sty-
riam & Carniolam (quas parens cum fratribus sortitus fuerat) se
continuit, usq̃ ad annum 1439. A quo tempore ab Alberto quin-
to patruo, tum Austrię domino, Ladislao filio posthumo tutor in-
stitutus, Austriam communibus cum Elisabeta pupilli matre au-
spicijs administrauit, usq̃ ad annum Domini 1457. Quo tempore
adulto iam pupillo, urgentibus prouincialibus, Austriam utranq̃

restituit Ladislao, contentus Styrię, Charinthię, & Carniolę di-
tionibus: & ea quam ex imperiali prærogatiua per Germaniam
habuit, authoritate. Ad quam multo antè, anno uidelicet à nato
Christo 1440. communibus electorum suffragijs uocatus fuerat,

& Alberto quinto cognato substitutus. Bohemię quoq̃ ac Hun-
garię oblata diademata respuit, ne pupillo incommodare uideret-
tur. Virtutes ferunt in hoc principe præcipuas, & ab omnibus lau-
datis fuisse, summam temperantiam ac humilitatem, cum summa
magnificentia & liberalitate coniunctas. Cum parcius se in omni-
bus ageret, ac dominia plura quàm sexaginta à maioribus suis pi-
gnori opposita, soluto ære alieno, in suum obsequium iterum redu-
xisset, aulam tamen semper instructissimam, & multorum habuit
principum, comitum' ue conspicuam comitiua. Ex quibus ualen-
tissimos nominare sufficiat: Saxonię duces, marchiones Brande-
burgios, Badenses, comites uerò à Montfort, Vuerdenberg, Ley-
ningen, à Lupfn, Sunneberg, Vuesterburg, & Mers. Patuit quoq̃
apud hunc principem (quando ueteres hospitalitatis iura cum pri-
mis extollūt) & honestus exilij locus Ottomāno Turcarū cæsaris
fratri, & Georgio Seruię Despotę: quibus non solum hospitium

gratum

*Turbæ Au-
strię in bello
fratricidal.*

*Exordia Gym-
nasilj Fribur-
gensis.*

*Vnde Frideri-
cus tertius Cæ-
sar fit natus.
Idē abstemius.
Fridericus Pa-
cificus.*

*Peregrinatio
Friderici in
terrā sanctam.*

*In Styria Fri-
dericus rerum
potitus.*

*Fridericus tu-
tor Ladislai re-
gis.*

*Friderici ditio
& potestas an-
te mortem La-
dislai.*

*Electio Fride-
rici in impe-
ratorem.*

*Fridericus Hū-
garię & Bohe-
mię regna re-
cusauit.*

*Virtutes Fride-
rici Cæsaris.*

*Magnificentia
Friderici.*

*Aulę Frideri-
ci explicatio.*

*Turcarum &
Seruię princi-
pes exilij hone-
stū locū apud
Fridericum ha-
buerunt.*

Fridericus Venetorum duci nouā ducalem adiecit tiarā. Goricensem et Ciliensem comitatus Fridericus Austriae domui coniūxit. Studium Friderici tertij erga ecclesiam. Tres noui episcopatus constituti à Friderico. Ordo diui Georgij institutus à Friderico Cesare. Ditiones magistri generalis ordinis sancti Georgij.

Fridericus tertius orientalis regni dignitatem referre uoluit.

Prouinciale bellum gestum à Friderico.

Bellum fratrum.

Bellum contra latrones gestū in Austria.

Bellum Coloniense.

Bellum Hungaricum.

gratum exhibuit, sed ampla etiam in Austria dominia designauit, unde uitæ subsidia adiumentaque haberent. Eadem magnificentiae laus Christophoro Mauro Venetorum duci, ducalē tiarā auctoritate imperatoria ornatiorem reddidit, & annuum ea de causa Romano imperio uectigal adiecit. Fecit & rem, ac domū suam auctiorem reddidit: ad quam Ciliensem ac Goricensē comitatus amplifimos, ac principum titulis decoratos primus adduxit. Idem erga ecclesiam studium, cuius non modò unice concordiam fouit, à Nicolao Urbis pontifice (quod paucis contigit) unā cum Leonora Portugalliae regina sponsa dilectissima, imperiali diademate magnificè redimitus, sed suis insuper donatiuis hanc multo reddidit ornatiorem, tribus à se constitutis in sua ditione nouis episcopaliū diocesisibus, in Austria Viennēsi, & Nouae ciuitatis, & Labacēsi in Carniola. Auspicatus est & diui Georgij ordinem, cuius magistro generali regiam sedemque in Millestadio Charinthiae, amoenissimo loco designauit, & principis honorem adiecit. Huic Nouae ciuitatis & episcopum subiecit, & canonicos, ea de causa in castrum postea trāslatos, eademque diui Georgij cruce signatos. Et ne quid ad splendorem deesset, Dominorum à Chranichberg (recens cum familia extinctorum) castra, in uitæ aulæque subsidia liberaliter addidit: quae & nostra memoria in fide retinuerant, Trautmansdorf, Scharfenekh, & sanctae Petronellae praediū, in quo Carnunti ruinae extant. Voluit & Elbängen praeposituram apud Francos, & in Austria Maurberg Rhodiensium equitum adijcere regiā, si morte praeventus non fuisset. Atque haec omnia uidebatur instituisse, ut orientalis quondam regni dignitatem, à Francorum regibus instituti, in Austriam illique circumpositas prouincias, postliminio referret, sicut antea hac terrarum intercapedine comprehensum erat. Et quantum pacis studiosissimus esset, bella tamen gesta ab eo quinque reperio. quorum primum prouinciale aduersus Austriacos & Styrios habuit, qui authoribus Vdalrico Eitzingero, Andrea Pamkhircher, & Ioanne à Stubenberg, Friderico obsequium detrectare uidebantur. Secundum ab hoc Friderico fraternū fuit, cum Alberto fratre, inaequalem diuisionem prouinciarū Austriae causante. Tertium praeterea cum latronibus bellū gessit, qui Austriam infestam reddiderant. Gessit item Coloniense, in quo Nouesio, à Carolo Burgundiae duce obsessus, nomine imperij suppetias tulerat. Sequutum postea Hungaricum est, aduersus Matthiam Huniadem Hungariae regem, qui frigidam suffundentibus episcopo Patauiensi, dominis ab Hohenburg, Liechtenstain, & Stubenberg, Austriam non solum infestis signis ingressus fuerat, sed praecipua etiam terra huius municipia oppugnauerat, Nouam ciuitatem, Pontem Lytahae, Haymburgum, Viennam, Khrembsium, & Ipsum. quod bellum Friderico & exitiale, & ultimum rerum mortalium fuit. Itaque antequam

antequam adhuc Viennam & inferioris Austriae tractum ab hoste reciperet, dolore pedis abscissi Lintziji obiit, anno MCCCXCIII. Fuit illud in hoc principe dignum admiratione, quod con filijs plura quam armis, foedere quoque potius quam praelio, bella & susceperit, & confecerit foeliciter. In Colonienſi bello inſuper (quod minime expectabatur) icſto cum hoſte non foedere ſolū, ſed noua quoque affinitate contracta, Austriae ditionem ad occidentem uſque plagam propagauit: & duos celeberrimos Romanorum limites Danubij et Rheni, regnaque in his conſtituta poſtea à Francis amplifiſima Auſtralia & Vueſtraſie, ſeu Auſtriae & Neuftriae, primus Fridericus hic coniunxit, poſteaquam filio Maximiliano, pulcherrimam Caroli Burgundiae ducis filiam Mariam deſponſaſſet. Cuius ma

Obitus Friderici
tertij.

Induſtria Friderici.
Austriae ditio
auſta.

Auſtriacae di
tiones in Bel
gis.

Maximiliani
locus natalis.

MAXIMILIANVS, hoc nomine in hac familia, & in imperio, ad quod poſtea uocatus fuit, primus, Friderici Caſaris ex Leonora Portugalleniſi filius, in Noua qua uocant ciuitate Austriae natus fuit, anno Salutis noſtrae 1460. Cui pater cum Cilienſem comitatum in fidem reciperet, & Celeſiae periculum uitae adijſſet, ab hoſtibus undique obſeſſus, et ſere captus, per quietem admonitus, Maximiliani nomen indidit: quae iſthic Celeſiae martyrio coronatum, & Laureacenſem in Norico ripeſi fuiſſe epiſcopum, Sanctorum hitoriae docet. Habuit & fratres, Ioannem & Chriſtophorum, in Noua ciuitate diue Trinitatis coenobio, materna fundatione ſepultos iuxta matrem. Habuit & ſororem Khunegundim, quam Alberto Bauariae duci collocauit. Primam aetatem non ut caeteri inerti ocio, ſed omnium diſciplinarum genere ac uirtutum exercuit, Engelberto quodam pio homine praepceptore uſus, quem poſtea natalis ſoli, hoc eſt Nouae ciuitatis epiſcopum creauit. Huic pater Fridericus nondum uigeſimum annum numeranti, in caſtris Noueſij, cum omnes praeliū expectaret, hoſtis Burgundiae ducis filiam unicam & haeredem coniugem iunxit. Cuius matrimonij proſperitate, utraque Belgicas, & omnem eum tractum qui à Sequana ad Rhenum & Moſellam excurrit, primus Maximilianus Auſtriae adiecit. Ex qua Philippum & Franciſcum filios tulit, & unicam filiam Margaretam. Sed (quod grauiffime tulit) uxorē in ipſo flore & uoluptatis fructu, & ſimul quietem amiſit. Mox enim coniuge dilectiſſima fatorum iniquitate, dum uenationi cum marito operam daret, ex caſu equi decedente, dum Belgas tutorio nomine adminiſtraret, Caroli Gallorum regis factione, à Flandris, magna rei indignitate, captus, multis ac praecipuis ſuae aulae ad ſupplicium raptis, uix Saxoniae ducum & cuiuſdam

Vnde Maximiliani nomen
inditum.

Fratres Maximiliani.

Soror.
Iuuentus.

Praepceptor.

Vxor prima
Maximiliani
Burgunda.
Belgicas Ma
ximilianus Au
ſtriae domui
adiecit.

Filij & filiae
Maximiliani.
Obitus Mariae
Burgundae u
xoris Maximi
liani.

Maximilianus
captus à Flan
dris.

P fidi

Electio Maximiliani in regē Romanorum. fidi apud Brugas ciuis ope liberatur, digna à fœdifragis pœna ex-
Expediſtio Maximiliani ex Belgis in Auſtriam contra Hungaros. cta. Qua tandē defunctus apud Belgas & cura & fortuna, cū pau-
Maximilianus Auſtriacas pro uincias recipit. lo antè à parente in regni conſortem, procerum Germaniæ conſen-
Albam regalē in Hūgaria ex pugnauit. ſu adſcitus fuiſſet, cum ſplendido comitatu & ſelectiſſimis copijs
Maximilianus cedit Auſtria Polono. Auſtriā, ac auitas hæreditariāſq; prouincias, mortuo Mathia Hun-
Maximilia- nus rex Roma norum electus, & Imperator confirmatus. tur. In qua expeditione & Auſtriā recepit, & magnā inſuper Hun-
Secundum ma trimoniū Ma- ximiliani. gariæ portionem in uerba adegit, Alba regali, munitiſſimo huius
Quot uno tem pore bellis ſit implicatus Ma ximilianus. regni, ac ſolito inaugurationis ſepulturaꝝq; regiæ loco, præter ſpem
Nota Maximi liani ſtratage- ma & magna- nimitatem. expugnato. Quo regno ſponte poſtea Vladislao Polono agnato
 ſuo, non armis coactus, ceſſit. Quòd illi fauorem apud imperium,
 ingens apud cæteros Europæ monarchas odium excitauit. Princi-
 pes enim imperij, qui uiuente etiam dum parente, Maximilianum
 conſortem imperij ſtatuerant, eo mortuo Imperatorem & Augu-
 ſtū ſalutarunt; & ut Blancam Mariam, Galeatij Mediolanenſis po-
 tentiſſimi ducis filiam coniugem duceret, conſilio & adiuuamento fu-
 ere. Carolus uerò & Franciſcus Galliæ reges, Iulius urbis Romæ
 pontifex ſummus, Auguſtinus Barbadicus Venetorū & Carolus
 Geldriæ, duces, Philippus deniq; Rheni Palatinus, potentiſſimi
 Europæ id temporis principes, eadem penè tempeſtate Maximi-
 lianum bello adorti ſunt, ac ferè obruerunt. Quos mira & indu-
 ſtria & magnanimitate, prudentiſſimus princeps cōtudit: & quod
 huic heroi præcipue curæ ſemper fuit, uicinorum ſollicitatis armis
 cōfregit. Gandauū præterea, & Traiectū, Tornacum, Teruonam
 apud Belgas: Patauiū, Vincentiam & Veronā in Italia: in Bauaria
 denique Rotenburgum & Khnoſtaynum, ampliſſimas per id
 tempus, florentiſſimas atque etiam munitiſſimas urbes, & quæ
 maioribus inexpugnabiles uidebantur, nullo labore, breui tempo-
 re expugnatas ſuæ ſubdidit poteſtati. Hinc bella orta ſunt, Flandri-
 cum, Hungaricum, Traiectenſe, Bauaricum, Gallicum, Geldri-
 cum, Mediolanenſe, Venedicum, & Romanum. Et prælia ex his
 ſubſequuta, quorum fecit poſt Caium Iulium Cæſarem, Henricū
 quartum, & Fridericum primum cognomento Ænobarbam, Im-
 peratorum plura nullus. Cauſa & occaſio omnibus eadem, grauis
 & ſuſpecta uicinis potentia, & rara in tanto principe uirtus & feli-
 citas erat. Gallus recuperare Belgicas: Venetus Foroiuliſem,
 Taruiſienſem, & Iſtriæ occupare marchas: Palatinus imperio inhi-
 re, & Geldrus Mediolanenſiſq; obſequiū detrectare, omnes tam-
 pñ Cæſaris impedire conatus, & remorari fata conabantur. In quo
 labore uictor, cū annos exegiſſet ferè quadraginta, pacis quoque
 haud minora ſtudia adiecit: quibus rara felicitate, quod armis non
 potuit, effecit. Philippo filio Eliſabetam Ferdinandi Caſtellæ re-
 gis filiā, quā Iſabellam Hiſpani uocāt, omniū Hiſpaniæ tū regnorū,
 Sicilię quoq; Corſicę, Apulię, Inſularumq; unicā hæredē, coniugē
 dedit.

dedit. Eiusque filijs, quos ex Isabella postea procrearat, Carolo Portugalliae regis natam, & Ferdinando Annam Vladislai Hungariae potentissimi regis filiam, cum spe potiendorum regnorum istorum, coniuges procuravit, collocavit & neptes maximis Europae principibus: Elisabetam Christierno Daniae & Noruegiae regi: Mariam Ludouico iuniori Hungariae regi, & Leonoram Portugalliae principi, quae postea Francisco Galliae regi nupsit. Ita in omnes quatuor plagas, unus Maximilianus Austriae famam, nomen ditio nemque extulit, & propagavit. Tantus autem huius Principis apud exteros reges amor & authoritas fuit, ut sub annum Domini M.D. xv. tres potentissimos reges, duos cardinales, innumeros Germaniae, Hispaniae, Belgicae, Daniae, Hungariae & Poloniae, cum archiepiscopos & episcopos, tum duces & comites, ad se ultro Viennam allegerit. Cum quibus de communibus Christiani orbis nominisque rationibus, ac componendo statu Ecclesiae, multa graueriter differuit, & nepotibus matrimonia impetrauit opulentissima. Quibus ex animi sententia confectis, tanquam fatis satisfecisset, ac uitae illius cursu ac labore exhaustae pertaesus esset, statim post Augustana comitia, in superioris Austriae oppidulo Vuels, uitam cum morte commutavit, maximus princeps, ac uerum Aemilij illius magni (cuius nomen referebat) immo sapientiae prudentiaeque suo seculo unicum exemplum. Cuius cadauer ex testamento, in Noua ciuitate loco natali, regio more & communi omnium luctu conditum fuit, relictis aliquot filijs illegitimo thoro conceptis, cum multo tempore propter nepotes coelibem uitam duxisset. Hi erant, Christophorus Brixienis postea episcopus (cui Austriae titulum nomenque concessit) Cornelius, Fridericus, & Maximilianus.

PHILIPPVS, Maximiliani ex Maria Burgunda filius, apud Belgas liberaliter educatus, Buslidio quodam docto homine usus preceptore, qui postea Visontinus effectus est archiepiscopus: cum adoleuisset, parentis postea opera Isabellam Ferdinandi Castellae regis unicum filiam & haereditem, duxit uxorem, cum spe successio nis in omnia Hispaniae, Siciliae, Corsicae, Apuliae, & Insularum regna maxima florentissimaque. Ex qua, sex annorum spacio, duos filios, Carolum & Ferdinandum, & filias quatuor tulit: Elisabetam Christierno Daniae & Norduegiae regis, Mariam Ludouici Hungariae & Bohemiae, Leonoram Francisci Galliarum, & Catherinam Portugalliae, regum postea coniuges. Ipse Philippus morte intempestiua praeventus, praeterea gerere nihil potuit factorum iniquitate, quod dignum memoria esset. Hispaniam tamen ferè uniuersam, Insulas Atlantici maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliam, & Apuliam, opulentissimas & latissimas ditiones Austriae auitae domui adiecit & regio tantum titulo archiducali contentus, apud Hispanos obiit, & sepelitur Austriacorum principum primus.

Coniugia nepotum Maximiliani.

Quam late Austriae nomen, famam et ditio nem Maximilianus propagarit.

Conuentus maximus Viennae celebratus anno 1515.

Obitus Maximiliani.

Sepultura Maximiliani.

Præceptor Philippi.

Matrimonium Philippi.

Filij & filiae Philippi.

Intempestiua mors Philippi.

Sepultura Philippi.

*Locus natalis
et educationis
Caroli.*

*Præceptores
Caroli.*

*Carolus Belga-
rum governa-
cula suscepit.
Carolus Hispaniarum regna
accepit.*

*Carolus impe-
rator creatus.*

*Grauius impe-
randi initia
Caroli.*

*Duo genera-
les hostes Ca-
roli.*

*Epilogus præ-
claræ gestorū
Caroli quinti
Cæsaris.*

*Catalogus bel-
lorum gestorū
à Carolo.*

*Comitia sub
Carolo multa
hab.ta.*

CAROLVS Philippi filius primogenitus, hoc nomine in Au-
stria primus, & in imperio, ad quod postea uocatus fuit, quintus:
apud Belgas Gandavi, ubi natus erat, liberaliter sub auo Maximi-
liano educatus est. Cuius iuuentuti erudiendæ formandæq; ad uir-
tutum opera, auus quendam dominum à Schefere, & Adrianum
Louaniensem Decanum, postea summum Pontificem, præfecit.
Quorum diligentia edoctus, & per omnes uirtutum gradus dedu-
ctus, cum primum maturum regnis tam amplis animū accepisset,
parenti in Belgicis, & Hispanijs postea materno auo successit: præ-
ceptoris sui hac in re haud minima opera usus, qui Ferdinandi Ca-
stelli regis animum pertentauerat. Postulatus quoq; ad imperium
Maximiliano extincto, anno Verbi incarnati 1520. eadē quæ Ma-
ximilianus imperandi initia habuit, omnibus hunc Europe monar-
chis impetentibus. Et quo auus labore caruit, à Turcarum tyranno
Solymano terra maricq; pressus, & Gallorum regis factione impli-
catus, forti animo, nec minori consilio imminentē toties perniciem
maiori fato effugit. Transfretauit primus Germanorū Cæsarum
bis in Africam, in Asiam uictrices copias tertius misit: nouas insu-
las in mari Atlantico, & maioribus nostris, Romanisq; quondam
terrarum dominis incognitas reperit. Romam quartus expugna-
uit: Gallia potentissimum regem in libera custodia habuit: Soly-
mannum potentissimum Turcarum tyrannum, & unicum ceu or-
bis monarcham ac fulmen, ex Austria cum quatuor centenis milli-
bus hominum turpiter profligauit: Franciscū Gallia regem ter in
acie uicit, & una etiam cepit uice: Tunetanum in Africa regem, à
Turca dominio exutum, in dignitatem restituit: Mediolanensem
ducatum (quod Fridericus primus difficulter potuit) ad imperij fi-
dem nullo labore reduxit: Geldriam occupatā à quodam Carolo
comite Egmontense, Burgundia & Austria domui (quod Maxi-
milianus non potuit) adiecit: Sabaudia ducem dominio à Gallis
exutum, in integrum reddidit: Heluetios, in quibus domandis, tot
antea Austria Burgundiaq; principes conciderant, nullo labore
absens etiam per duces uicit, & ex acie profligauit. Bella gessit om-
nino decem, Belgicum, Mediolanense, Italicum, Romanum, Pan-
nonicum, Grecum, Aphricanū, Geldricū, Gallicū, & Sabaudiense.
De quo, cum adhuc in humanis sit, & plura nobis ab eo expectare
fata polliceatur, scribere supersedeo. Qui ex Isabella Portugallensi
regina, Ferdinandum Hispaniarum infantem, & immatura morte
abreptum, & Philippum tulit, quem & Hispania regem creauit.
Atq; huic relicta Hispania (in qua annis quatuordecim continuis,
& per interualla duodecim regiam tenuerat) in Germaniam ma-
gnam, & ueterem imperij sedem concessit. Vbi in hunc usq; diem
feliciter rerum potitur, decem indictis celebratisq; comitijs clarus,
quæ Vuormatia passim, Spira Nemetum, apud Norimbergam,
Augustam

Augustam Vindelicorum, & apud Noricos Ratisbonnæ, cum regni proceribus peramicè transegit.

FERDINANDVS, Philippi regis Castellæ & archiducis Austriæ filius, & Caroli imperatoris quintifrater natus minor, hoc nomine in Austria primus, apud Hispanos natus & educatus, sub annum Salutis nostræ MDXX. ad Austriæ prouinciarum rempublicam capessendam à fratre missus est. Inter initia principatus promissam sibi Annam, Ludouici Hungariæ regis sororem, Lyntzj occurrentem sponfam excepit. Cum qua celebratis ex more nuptijs, ac sublati per prouincias, quæ in interregno exortæ erant seditionibus, archidux Austriæ constituitur. & postea ad Mohatium Ludouico Hungariæ rege à Turcis interfecto, anno Domini MDXXV. in regna Bohemiæ & Hungariæ uocatus: Romanū quoq; anno 1530. gubernandū, eisdem cum fratre Carolo auspicijs suscepit. Qui protuēda patria & Christiano nomine, annis plus uiginti duobus cum Christiani nominis perfidissimis hostibus, Turcis, eorumq; imperatore Solimanno decertat: multis à Ioanne Veuuoda Hungariæ tyranno trophæis insignis. Turcas is quater Austriā infestis signis ingressos, expugnatis multis locis, Vienna quoq; nequicquam obsessā, consilio & armis, nec minore magnanimitate repulit. Ac primus Austriacorū Viennam ad eam amplitudinē extulit, in qua hodie uisitur. Porro post Albertum Cæsarē, primus Austriacorum, sobolis copia & felicitate genus suum propagauit, ex Anna coniuge dilectissima quatuor prognatis filijs, filiabus uerò decem. Quorum omnes in uiuis sunt, Ioanne Bohemiæ nato rege, & Elisabeta Sigismundi iunioris Poloniae regis consorte exceptis. Nomina horum sunt, ut sequuntur:

MAXIMILIANVS.

FERDINANDVS.

CAROLVS.

ANNA.

MARIA.

MAGDALENA.

CATHERINA.

LEONORA.

MARGARETA.

BARBARA.

VRSVLA.

HELENA.

P 3

CAPVT

CAPVT III. DE REGIO SENATV

& fisco Viennæ constitutis à Principe, quos magistratus Regimentum & Cameram dicunt.



Accessio Au-
striae domui.

Regiminis
Viennensis o-
rigo & ditio.

Regimen Ae-
nipontanum.

Descriptio re-
giminis Vien-
nensis.

Ex quibus re-
gimentum con-
stat.

Prælatorum
locus in Regi-
mine Viennen-
si.

Iureconsulti
Regiminis.

uperiori capite Austriae principes expediuimus. Qui iam multarum prouinciarum accessione, domum auitam reddere auctiorem incoeperant, nec omnibus aut tot prouinciarum durare administrationi poterant, tum saepe foras euocati, suam Augustis, ac potissimum Christianae religioni propagandae operam studiumque nauabant. Quae res fecit, ut magistratus per suae ditionis prouincias constituere cogentur, qui ut ab uno quodam & loco & capite leges acciperent, & causarum distinctionem, item ubi procuratorum suarum rationes redderent, Viennae, ut totius archiducatus siue orientalis regni metropolitana sede, summum senatum constituere, quem à munere Regimenti & Regimentum uocarunt, qui duplicis Austriae, Charinthiae, Styriae, Carniolae, Ciliae, Goritiae, Istriaeque, summam tenet, ac tam priuatas incolarum quam publicas prouinciarum causas tractat. Nam superiores ac Sueuicae prouinciae ad Austriae obsequium pertinentes, comitatus Tyrolis, marcha Burgouienensis, comitatus Hohenburgensis, Veldkirchensis, Suntgouia & Brisgaudia, Alsatiaque ad Aenipontani Senatus siue Regiminis iussa descendunt. Porro Senatus Viennensis summus (de quo nobis sermo erit) in Ducali curia publicis actionibus operam dare solet, ex iurisconsultissimis uiris, morum aequè honestate, ac uirtutum omnium, praecipue uero iustitiae splendore emicantibus conflatus. Hi ne graues forent caeteris ordinibus, quorum quatuor Austria habet: atque apud infensos incitamentum esset, si ex uno legerentur, tanquam suis studentes, iuris aequabile non tenerent rationem, ex omnibus alleguntur optimi quique. Praelatorum qui primus est, locum dignitatemque unus sustinet. Cui nostra aetate reuerendum & nobilem uirum, PHILIPPVM A MAVGIS praepositum Herzogburgensem, literarum bonarum unicum ornamentum & Mecœnatem, Ferdinandus rex & Austriae archidux, magna adductus ratione, ex prudentissimis unum selectum, aetate non prudentia iuuenem, nuper adeo praefecit. Quem sequuntur caeteri ordines Patricij ac equites: quorum certus numerus quod nullus sit, forte rara in hoc genere eruditio industriaque, cause sunt. Ad quorum subsellia ultimi, tres iureconsulti adsident, Senatus totius ceu regula quaedam, & ad quos omnia referuntur: ne consuetudinibus magis, gratia odio ue, quam legibus & iure, causae distinctae uiderentur. Hi in causis quaestionibus ue propositis de iure iubentur tractare, & ne reo defensio adimeretur, & breuiter ne partibus non profutura, ambagibus actio traheretur, legum ad miniculo cauēt. Quo loco, nostra aetate optimi & doctissimi uiri, PH I

LIPPVS GVNDELIVS, & STEPHANVS SCHVVARTZ, iurifconsultissimi præfident, Ferdinando Principi suis consilijs & grati, & utiles. Quibus omnibus, ut essent qui animos simul sententiasq; confociarent, ac quæ in uotorū nūcupationibus (ut solet) incidit interim diuersitatē controuersiamq; concordia transigerēt, duo à Principe tanto senatui, ceu apud Romanos quondam, consules præficiuntur, quorum unus ad senatum de rebus communibus referre, & quæ ad publicam prouinciarum administrationem pertinent, interrogare, per sententias singulorum ire, querulantibus iura constituere, si quæ in his decreta fuerint, ex scrinijs proferre solet: Principis hunc uicegerentem appellant, cui scipione commissio rerum summa tradita est, & qui deferēte Principe ius interim proconsulare adsumit. Idem senatoribus confessum offert, ac omnes magistratus ciuiles prouincialesq; ex idoneis, & ex cæterorum sensu complet. Huic è regione Magister Scriniarum uel epistolarum (Cancellarium dicunt) confidet. Is codicillos ad senatum defert, ac supplices partium libellos in senatu producit. Causarum quoq; iterationibus, libellorumq; respōsionibus, ac publicis interdum actibus, qui ad prouinciam bello paceq; constituendam pertinere uidentur, operam dare adsolet. apud quem rursus criminantibus ac lite poscentibus aditus est, proprijs ob id edibus à Principe, ac magno stipendio annuo accumulatus, certos apud se scribas alit. Cui in laboris participatum duo à secretis à Principe concessi sunt: quorum unus iudiciales causas (quem iudicalem inde cognominant) alter supplices excipit, & in literas mittit. Hi rursus laboris socios duos adsumunt, ne negotiorum magnitudine multitudinēq; obruti, causas in discrimē darent, aut negligere uiderentur. Hic quotidie bis senatus cōuenit, mane, & à meridie, in septimana unius diei requiē interposita. Vbi dimittitur, Magistri admissionū præstosunt, ac suo impigrè munere funguntur. Atque hi & in senatum rogare, & cum senatus sententiam præstat, ad ostium foris adsistere solent, mandata excepturi. Ac ne iacturam causæ facerēt, si quibus multo tempore, rem integram seruare contingit, mandata senatus dicere, ac partibus concepta senatusconsulta asportare coguntur. Atque hæc breuis senatus est illius, quem Regimentum dicimus, explicatio. Cui loco ac dignitate æqualis, eodem in ducali castro iunctus est magistratus alter, quem Fiscum, siue (ut uulgus appellat) Cameram nuncupant: ubi rationes procurationum omnium prouinciarum, urbiumq;, & numerorum, stipendiaq;, & recensentur & constituuntur. Ex certo hic nobilium ordine numerocq;, & eorum qui in subducendo calculo uersatissimi sunt, completur. Quibus unus imperat nomine Principis, & ad quem omnia ceu ad scopū quendā referūtur. Proxima illi est locū tenenti regiminis dignitas, ac magna data sedes: Maioris ærarij præfectū.

Officium locū tenentis in Regimine.

Officium Cancellarij Regiminis.

Secretarij Regiminis duo.

Scribarum Regiminis officium

Officium magistrorum admissionū, Durhuiter uulgo.

Senatus Camere ducalis.

Officium præfictis Camere.

Romani

Romani uocabant, quem hodie Præsidentem camerae dicimus. Quē locum, dū hęc scriberemus, cū laude sustinebat generosus & scientijs, linguis, uirtutibusq; ornatissimus uir, D. SIGISMUNDVS AB HERBERSTAYN, liber baro ab Herberstayn, Neidberg, & Gutenhag. Qui suum haud minus ac alter, senatum quoti die cogit, ac de communibus rebus interrogat: ad cuius subsellia in scribendo adlittit, inq; scriniorum magistri locum fidemq; lectus (diminuto tantum nomine) suos quoq; scribas, ac à secretis uersatissimos quosq; proprio seorsim in castro conclauit, ac in laboris cōfortio ministerioq; continet. Secretarium hunc Camerae uocant, qui leges fisci latas conscribit: ac qui prouinciarū procurationibus præpositi sunt passim, querulantibus, de patrum communi sententia respondet, & mandata defert. Idem, quæ cōstituta fuerunt in re numeraria, uectigaliumq; rationibus in publicum profert, portarum ualuis Mandatis adfixis: cætera in literas transcripta, per tabelarios proprios & fisco addictos, in prouincias, Styriã, Charinthiam, Carniolam, marcham Venedorū, Cilij, Goritiæ, Istriæq; ditiones cum Mandato transmittit. Quam dignitatem rex nostris temporibus contulit, ob diuturnam & periculosam in bello Hungarico nauatam operam, optimo uiro, & in magnis rebus haud uulgariter uersato, D. BLASIO SPILER, studiorum bonorum Mecœnati, mihi uerò peculiaribus officijs deuincto. Nullas recēsent eius scribæ & qui à secretis sunt, rationes numerosq; sed constituta tantum & senatusconsulta transcribunt. Proprij seorsim sunt & peculiari conclauit, rationibus subducendis Procuratorum prouinciarum calculis adsident, earumq; detrimenta pensitant, & Senatui fisci, qui deprehensi doli fuerint, in medium uocant. Quibus alter quispiam præest, quem Bibliophylacton suo more uocant, quod rationum libros suæ fidei concreditos habeat. Atq; in huius rursus senatus administratione, ut uectigalibus cōmodius augetur ærarium, ac census qui ubiq; contrahitur, sanctè ærario inferatur, Adiūcta sunt munera alia duo, procuratoris uidelicet minoris ærarij, & fisci aduocati. Procuratorem ærarij hodie Vicedominū dicimus, qui pagorū castrorumq; & urbium, si quæ Principi adhuc uectigalia sunt, cēsum agit, ac pecuniam rationibus infert: & si que rude donatis, ministris quondam ducalibus, annua uite sustentacula decreta sunt, requisitus iussusq; numerat. Idem controuersias dirimit eorū locorum, quæ Principis etiam dum sacramento imbuta manent: & incolis horū, principis nomine iura dare cōsueuit. Suos habet in laboris participatum & ministros, sociosq; adiūctos, Magistrum cellarij (οἰνοσηλεύσαντα Græci uocant) Magistrum salis, olim halobarchen dictum: & Magistrum siue procuratorem frumētī, qui triticum ex pagis ac agris ducalibus collectum horreo infert, σιτοφύλακτ Græcis, nostris hominibus uerò à custodiendo Ca-

Officium Secretarij Camerae.

Officium scribarum Camerae.

Officium subductorum calculi Camerae.

Officiū librorum tenentis, uulgo puochalter

Officium Vicedomini.

Officium magistri cellarij.

Officium halobarchis, idest magistri salis.

Officium procuratoris frumenti.

do Castnarius appellatus. Habet & aliquos qui uinū mercedē in-
scriptum pensitant, explorant, atque censum inde colligunt, ab eū-
tu & exactionis indignitate Vngeld denominatū, à Græcis quon-
dam Oenoptæ appellati. Sequitur Fiscī aduocatus, qui Princi-
pem aduersus prouinciales querulantes defendit. Tanta humani-
tas & iusticia Austriæ principum, ut se etiam legibus submittant,
& querulantibus cōtra se potestatem faciant: quod nulli præterea
principes faciūt. Is & detrimenta, si quæ prouincijs, urbibus, agris,
officijs Principis singulis ac rationibus euenire possint, circumspi-
cit, ac ea altius ne radices agant, & officere aliquando Reipublicæ
possint, ad superiorem senatum refert. Quo officio, dum hæc scri-
beremus, non sine communi laude, mihi & natali solo & morum
conformitate coniunctissimus, fungitur, IOAN. BAPTISTA
PACHELEB, I. V. Doctor, & qui primus ordini equestri maiorū
suorum senatoriam dignitatem adiecit. Hi seorsim suos habēt ama-
nuenses, quorum adminiculo suo impigrè officio funguntur. Præ-
terea minoris ærarij præfectus proprias ædes incolit, ad Ducalē
aulam pertinentes, in quibus & scribas qui rationes excipiunt, &
antigraphos habet, omnes annuo stipēdio à Principe conductos.

Officiū ex-
actorū cen-
sus uini.

Officiū
procurato-
ris came-
ræ.

Ædes istas
uocant uul-
gò Huob-
haus.

CAPVT III. DE MAGISTRATV

& senatu prouinciæ, item Viennæ constituto.



Vperioribus magistratibus, tertia quoque à prouincie
tribus ordinibus Curia adiecta est, ex præsulibus, pa-
tricijs, & equitibus conflata. Cui duo Marescalci (ut uo-
cant) præsent, apud Romanos quondā Præfecti præ-
torio nuncupati. Hi ex omnium ordinum optimis quibusq; sena-
tum cogunt, suorumq; ordinum causas audiunt, & æquitate expli-
cant ac distinguunt. Poena est pecuniaria: si quid grauius inciderit,
ad Ducis senatum quem Regimen uocant, in castro residentem, re-
fertur. Nec desunt iureconsulti, qui querimoniās partiū in ius de-
ferunt, & actiones agunt & iterant. Ac ubi his ceciderint, ad Princi-
pis senatum interim prouocant. Pro sententia dicere solis Prætori
bus concessum est: cæteri uotorum nūcupationibus adsunt, ex sin-
gulis ordinibus certi, quibus prouinciæ cōsuetudines uel maxime
cognitæ perspectæq; sunt. Hi prouinciæ quoq; comitijs præsent:
& si quando conuenticula inter se prouinciales aut bello, aut alia re
urgente agunt, penes hos & in sedilibus, & in sententijs dicendis ac
rebus quibusq; constituēdis, præcipuus honor. qui eundem in pa-
ce, quem bello, locum obtinent, muniaprouinciæ obeunt, de con-
trouersijs colloquio transigunt: in pacificationem partium se, datis
arbitris, interponunt: ac (ut breuiter dicam) querelis multorum in

Senatus
prouinciæ.

Assessorum
prouinciæ
officiū.

Officiū
Marescal-
corum pro-
uinciæ.

Q terueni

terueniunt. Quorum constituere concordiam nequeunt, horum iudicij causam suscipiunt, & ad æquitatem distinguunt. Horū præfectorum prætorio (ut antè dictum) duo sunt, quorum alter, dum hæc scriberemus, & ætate & prudentia senex, GEORGIUS MAMINGER, cingulo militari donatus à Maximiliano Cæsare, ob præclaras in bellis à se res gestas, & à Ferdinando demum Maximiliani successore in Austriæ administratione, ad consilia cooptatus, unicus in eo ordine literarum, earumq; alumnorum Meccenas. Porro huius senatus prouincialis minor uis & facultas, & Regimini subiecta est, & ad quod inde partium prouocatio fieri potest. Neque pro capite dicere his licet, quæ Principi eiusq; consilio res integra referuatur. Idem in cæteris prouincijs animaduersum, nomine tantum mutato: ut quem Austriaci præfectum prætorio ac Marscalcum cognominant, hæc Presidem & Capitaneum uulgo dicunt. Hæ sunt, marcha Bauariæ: ducatus Styriæ, Charinthiæ, Carniolæ: comitatus uero Ciliæ, Goritiæ, marchæ Venedorum, Istriæ, Fori Iulij, & Portus Naonis. Quæ regiones singulæ singulos habent præfides, Capitaneos uulgo dictos, & à Principe constitutos. Quibus ea est potestas, atq; is locus, qui Marscalci p Austriam, ad quos in crimina res prouincialium quæuis conferuntur, ubi si transigi concordia non possunt, aut ubi senatusconsultum parti displicuerit, sit prouocatio ad Regimentum Viennense, Ducalem uidelicet senatum illum, de quo capite superiori sermonem institueramus, à quo quibusuis in causis, ultima interponuntur edicta, & grauissimis rescriptis, de communi pace Reipublicæ constituitur. Senatui pariter prouinciali, plenum in ciuilibus administrationis ius est, si adhibita fraus testamento fuerit, si dandi tutores, si hostis imminet, si limites restituendi, si copiæ in aciem educendæ, & si quæ alia præfens usus exigat: omnia prouinciæ impigrè munia obire, ad Regij senatus iussum sensumq; coguntur. Atq; hæc de Magistratibus maioribus urbis Viennensis.

Propræses
uel Pro-
prætor.

Officium
Capitanei
prouinciæ

Ius Senatus
prouinciæ

CAPVT V. DE PATAVIENSIS

Viennensisq; Diocesum, Academiæq; Vienna
constitutis magistratibus.



Patauienses
episcopi
ius ecclesiæ
in Norico.

VNT præter hos Viennæ & alij magistratus, & à Ducis Prouinciæ que, & ipsa ciuitatis administratione diuersi, duarum uidelicet episcopaliū diocesum & Academiæ. Nam quemadmodū superiori libro docuimus, statim à cōstituta imperij ratione apud Germanos, Ottonum auspicio, Patauienses episcopi uniuersum ecclesiæ ius per Noricū & Pannoniam superiorem,

superiorem, deferente Apostolica sede, in fidem acceperunt: quod per suos archidiaconos, hodie Decanos appellatos, per diuersa diceceseos loca distributos, multo tēpore administrarunt. His postea Patauienses præsules moderatores præsecerunt duos, ab officio quo fugebantur, Officiales nuncupatos. quorū Patauiæ unus est, ad cuius obsequium Quintaniensis, Matnicensis, Lambacēsis, Laureacensis, & Freystatensis archidiaconi & decani descendunt. Alterum in Fabianis, hoc est Vvienna sedem habere uoluerūt, ob ueteris sedis episcopalis memoriā, à diuo quondā Seuerino isthic auspicatae. Is Viennæ curiam magnificam, ad diuam Virginem in littore appellatam incolit, iura præscribit, causasq; & controuersias ecclesiae audit atq; distinguit, præsulum uidelicet & parochorum per uniuersam Austriam constitutorum. Quo in munere laboris socios habet & ministros, decanos suos, Garsensem, Mauritensem, Zuetlensem, & Mustilbacensem. Isti parochis imperant, & controuersias minores distinguūt. Si quæ grauiores inciderint, ad officialem Viennensem referunt. Officiali porro, hoc est uero archidiacono, in laboris adminiculo episcopus Patauiensis notarios alit adfessores: & quendam à pedibus, quem & Cursorem & Pedellum dicunt: qui partes ad senatum conuocat, quem Consistorium dicunt. Ad hoc & causarum actores confluunt, lites proponunt, & defensant. Quam magistratus rationem imitatus postea Viennensis episcopus, recens à Friderico tertio Cæsare, sub annum Domini MCCCCLXXXII. postliminio in hanc urbē relatus, anno uidelicet post Longobardorum immigrationem millesimo, ut suae item diceceseos tractum à Patauiensi demptum, à Vienna in Pannoniam propagatum, ritè administraret, & tot intra urbem parochias, monasteria, ac praeposituras moderaretur, & ipse Officialem alere ccepit. Qui in curia Viennensis episcopatus eadē ratione consistoria habet, adiunctis notarijs & adfessoribus: ibiq; causas matrimoniales, sacerdotumq; crimina audit & distinguit, ac in omnibus domini sui episcopi Viennensis uices gerit. His medius accedit magistratus qui Academię est, studij & literarum rem curat, administrationemq; mixtam partim ab ecclesiastica, partim à ciuili habet: ab Alberto Contracto & Rudolpho archiducibus Austriæ introductus, anno à nato Christo MCCCCLX. cum literis suā prouinciam reddere ornatiorem conarentur, & ingeniorum curam susciperent, unde Respublica sua sanius gubernaretur. Hunc magistratus sustinet unus Gymnasiarcha dictus, quem uulgo Rectorem nominant, anno bis immutatus, ne tempore protractus communi utilitati officere posset. Is quatuor ministros habet, qui scipiones argenteos præsferunt. Rempublicam uerò suam administrat, consultoribus usus, & in professorum ratione, & in actionum incidentium discrimine, alijs atq; alijs. Professorum curam duo gerūt,

Officiales Patauienses, Decani Austriæ superioris.

Officiū officialis Patauiensis, qui Viennæ habitat.

Decani Austriæ inferioris.

Officiū notarij.

Consistoriū Patauiense ad diuam Virginē in littore.

Administratio dicecesis Viennensis.

Officialis episcopi Viennensis.

Magistratus Academię Viennensis.

Officiū Rectoris Viennensis. Pedelli quatuor Gymnasij.

Officiū Superintendē
 tium. Cōfistoriū
 rectoris. Quatuor
 facultates. Quatuor
 nationes Vi
 enn. e. Officiū pe
 dell. Notarij.
 Syndici. Catalogus
 Mathematicorum Vi
 ennensium. Poetarum.
 Historico
 rum & rhe
 torum Viē
 nensium. Medicorū
 illustrium.

qui Superintendentes uulgò uocantur: quorum alterum Dux præ
 ficit, alterū Academia. Ducali perpetua potestas est, alteri annua.
 Ad consilia uerò Rectoris & conuenticulū istud Academiæ, quod
 Consistorium uocāt, ex singulis quicq; facultatibus Decani, et ex to
 tidem nationibus procuratores conueniunt. Facultates autē qua
 tuor sunt: Theologi primam sedem uendicant, sequuntur Iurecon
 sulti ac Medici: infima subsellia Philosophi, Mathematici, Orato
 res, Dialectici, ac cæteri artium Doctores retinent. Nationum
 item genera quatuor sunt: Austriacarum prouinciarū prima: Rhe
 nensium, hoc est eorum qui ex Romani imperij regionibus alijs ab
 Austriaca ditione sunt, secūda, (quorum præcipui Sueui ac Bua
 ri sunt) tertia Hungarorum & Bohemorum est: quarta & ultima
 Saxonum, Misnensium, Brandeburgensium, Pomeranorū, Prus
 siorum & Danorum. In cōsilijs cæterisq; publicis actibus, omniū
 quatuor Gymnasiarcha ministrorū opera utitur: facultates uerò,
 aut horū Decani, quicq; sui. Senatusconsulta notarius excipit. Cau
 sas apud Regium senatum, uel alia inferiora subsellia, Syndicus a
 git, Superintendenti in laboris cōsiliiorumq; consortium iunctus.
 Famigeratum uerò, ante nostram memoriam, præter cætera hoc
 Gymnasium erat, cum frequenti studiosorum numero (quorum
 aliquando octo milia, Viennam ingenij cultum capiēdi gratia con
 fluebant) tum uerò, quod hinc ceu ex equo Troiano, doctissimi
 quique uiri processerint, quorum nobis hæc cognita nomina sunt:
 Ioannes de Monte regio, Andreas Beorbachius, Georgius Colli
 mitius Tansteterus, Ioannes Stiborius, Ioannes Stabius, Ioannes
 Vogelīn, & Andreas Perlachius, Mathematici: Cunradus Celtes
 primus Germaniæ poëta, Amaltheus, Vlfeuius, Angelus Cospus,
 Hieronymus Balbus, Ioannes Camers, Ioachimus Vadianus, Ioan
 nes Cuspinianus, Vrsinus Velius, Philippus Gūdelius, Georgius
 Logus, Ioannes Rosinus, Thomas Velocianus, Rudolphus Agri
 cola, Poëtae, Rhetores & Historici: Vitus Vuinshemius, Simon
 Grynæus, Sebastianus Vuunderlius, Georgius Rithaymerus, Ioā
 nes Alexander Brassicanus, N. Grymperius, Georgius Ratzem
 pergerus, Mauritius Marbekh, Thomas Vaschang, Oratores &
 Linguarum studiosi: Ioannes Staber, Benedictus Dichtel, Ioannes
 Salingstad, Simon Lazius parens meus dilectissimus, Ioānes Heyn
 græcè & latinè doctissimus, Medici: & horum nominum plures,
 qui partim rebus humanis exempti sunt, partim ad
 huc superstites, multis à se editis li
 bris clari habentur.

CAPVT VI. DE MAGISTRATV urbano Vienna.



CADEMIAE magistratum sequitur urbanus, dignitate locoque proximus, ex Consule & Praetore constitutus, ac ipsi qui utriusque munia sua conferunt. Consul civilia agit, testamentum, codicillos audit & approbat, reprobatur, ue-
 tutores ac curatores constituit, & urbis denique commoda incommodaque pensitat. Magnificum hunc ceu & Argentoracensem appellant, octo satellitum rubro uestimento succinctorum comitum insignem. Praetor suos lictores, ut plurimum quatuor sequentes habet. Utriusque Scribae, urbis sumptu aluntur. Atqui maiori quondam loco dignitateque Praetoris fuisse officium animaduerti. Cui numismatis primum cudendi Magister, ab eo Consul, & postremo à Principe urbis praefectus, quem Annualem uocant, adiecti fuere. Hodie prima datur Praefecto urbis sedes, secunda Consuli, tertia Praetori, & ultima Archigramateo, seu Scribatorum magistro, quem Scribam urbanam uocant. Cui fisci item urbane praefectus iunctus est, quem Camerarium nominant. Duplicem curiam siue senatum hi habent, utriusque ex duodecim uiris conflatum. Quorum Consul, Praefecto urbis loco Principis in consortium adscito, in Urbana appellata curia, uel (ut eam uulgus appellat) Domo senatoria, senatum dat. Cuius senatus consulta Scribatorum magister, quem Scribam oppidi uocant, excipit. Ac ut omnia rite & diligenter transcribantur, proprios alii scribas, ministrosque. Praetor uero non dignitate, sed numero aequalem senatum habet, quem in propria domo foro piscario incubente, & à subsellijs nomen usurpante, congregat, in hebdomada ter. Ibi criminales causae, ac debitorum expediuntur: & si de fonte quopiam supplicium sumendum est, isthic pro tribunali sedetur. Horum omnium penes plebem electio, confirmatio penes Principem est. Quod si quando publica necessitas incidit, septuaginta uiri in consilium adhibentur: qui ex omnium familiarum tribubus, artificumque collegijs, statim die anni eliguntur. Dies electionis diui Thomae Apostoli est, caeterum plena in senatu potestas. Hic quatuor urbanos duces constituit, qui cum totidem signiferis, suas quisque urbis partes fortiuntur. Haec à portis urbane praecipuis appellationes habent: Charētanorum (forte à Carnunti ueteris uicinia, cuius rudera sexto sub Vienna miliario in pago Petronelli supersunt) Stubarum, Scotorum, & Lignorum. His negocium datum est, ut in publicis incendijs, & si quando ab hostibus metus imminet, suos quisque ciues in armis instruat, & edicto publico in aciem producat. Acies in quatuor amplissimis foris expediuntur, Mercatorum, Frumentorum, Porcorum, & Cancrorum (quod forum à ueteris regiae rudibus

Officium
Consulis
Viennensis.

Praetoris
Viennensis
dignitas
quondam.

Dignitas
et subsellia
magistratum
urbano
rum.
Senatus Vi
ennensis ur
banus.

Praetoris
officium et
senatus.

Senatus
exterior.

Duces ur
bis quatu
or.

Portae ur
bis.

Officium du
cum militie
urbis.

*Excubiariū
magistri.* ruderibus Aufam, uulgo Am hoff dicūt.) His Centuriones, & cen-
 turionibus Decani subduntur. Nocturnis excubijs duo præsi-
 dent, à senatu medio quoquo anno dati. Hi decanis imperant, or-
 dine uicorum certo adhibito. Quod si quem decanum ordo con-
 tingit, suos ad excubias ciues sistit. Qui in senatum lecti sunt, equos
*Excubie
Viennēses.* cæteri pedibus noctu urbem lustrant, uigilias circumeunt, porta-
 rum stationes contemplantur: quos somno deditos reperiunt, in
*Telonarij
Viennēses.* carcerem abducunt. Vectigalibus præterea colligendis duo ex
 ciuium ordine, senatuq; quem uocant Exteriolem, præficiuntur:
 qui in propria seorsim ad hoc constituta domo, munia sua obeunt.
 Horum iussa faceffunt publici portarū telonarij, & is qui mercium
*Portæ Vi-
ennæ.* æstimationem numerumq; perquirat. Portæ urbis (suburbanis
 nostra memoria ob Turcarum metum demolitis, & exceptis) quæ
 uehicularum admittunt, sex sunt: Stubarum, qua in Hungariam itur:
 Charentanorum, qua in Styriam, Charinthiamq; Castrēsis, qua in
 Noricum ripense: Scotensis, qua ad Cecij montis promontorium
 profectio instituitur: Salinarum, ubi nauigia ex Rhætia, Vindelici-
 a, Noricoq; delapsa, cum mercibus, præcipuè uerò sale (unde ma-
 gnum principes Austriæ censum agunt) ripæ appellant. Inter has
 media porta est, quam Rubram nomināt, à colore turris uidelicet,
*Pontes Vi-
ennēses.* ubi Danubius triplici est ponte iunctus, qui in Marcomanos, Bee-
 hamos, Brandeburgios, Misnenses, Saxones, Polonosq; euntibus
*Insula Vi-
ennēses.* est superandus. Hunc triplex interiacet insula: quarum primam
 (ubi quondam diui Seuerini, ut conijcio, cœnobium fuerat) à Sco-
 torum in terram sanctā peregrinatione quondā frequenti, Schot-
 tenauu: secundam à luporum (credo) copia, den Vuolf incolæ uo-
 cant, latrocinijs superioribus annis locum infestissimum. Sunt &
*Officia à ra-
tionibus.* alia Reipublice Vienneensis ministeria, eorum uidelicet qui à tuto-
 rum calculis, procurationumq; urbis subducendis, & qui censu ur-
 bano agendo præficiuntur. Hi sua, in curia urbana, distincta loca ha-
 bent, & ministris utuntur decem, rubro uestimento à cæteris, ceu
*Ministri ur-
bis Vien-
nensis.* consulis ministris, distinctis, in quorum manicis W litera, prima
 uidelicet nomenclature urbis interlucet. Horum officium, censum
 exigere ab oppidanis, & ne incendij aliqua occasio sit, urbem perer-
 rare: quo olim functos Romæ officio Triumuiros nocturnos le-
 gimus. Sunt & qui uicis ac foris uerrendis præfunt, & ijs qui mer-
 cede uectigalia inscribunt, statuendis. Hi Consulem primò, & ab
*Camerario
rū officii.* eo Camerarios duos agnoscunt: quorum unus ex senatorum nu-
 mero, alter ex plebe datur. Hi urbanam supellectilem, tormenta, &
 si quæ ad urbis munitiōem, locorum communiū renouationem,
 ædificationemq; necessaria sunt, commissā curæ habent. Atq; his
 ut ritè fiant, intersunt, urgent mercenarios, & salarium officio fun-
 ctis statò tempore numerant: Aediles hos Romani Curules appel-
 labant. Atq; hi suos habent, quorum opera utuntur, Notarios, qui
 expensa

expensa in librum referunt. Habent & ministros, quorum opera in cursitando utuntur. Itaque uici ab his inspiciendi, curandique quotidie sunt, numero ferè quadraginta. Ex quibus præcipui sunt, qui à Textoribus, Pistoribus, Macellis, Cantoribus, Scholaribus, Bractearijs, Pellionibus, Pannicidis, Funificibus, Balistarijs, Ferrarijs, Figulis, Coriarijs, Carpentarijs, Coquis, Carbonarijs, Italis, & Charentanis: item à Danubio, Castro, Baronibus, Corona, Ponte ueteri, Clypeo, Olla, Clauo, Sanguine, Rosis, Cespitibus, Sponsis, Miseria, Simplicitate, & à Recensendis militibus: à diuis quoque, Ioanne, Pangratio, sancto Iacobo, & diua Anna, nomenclaturas ad posteros nescio quo euentu transmiserunt: quos gentilitia lingua oppidani appellant, *Vici et plateæ urbis Viennensis.*

Wolzeil/Petthenstraf/Alten vleiffch marth/Singerstraf/Schuelstraf/Wingerstraf/Wildweerttherstraf/Tuochlauben/Sailer gassen/Pognergassen/Schlossergassen/Hafnergassen/Ledergassen/Wagnergassen/Khochgassen/Kholmarth/Walichstraf/Kharnerstraf/Pey der Donaw/In der Weichenpurth/Herrngassen/In der lands cron/Auff der hohenpurth/Schiltergassen/Khuogstraf/Maglergassin/Plaugassin/Rosengassin/Am Auger Praidenstraf/Ellendt/Im ainfeldt/auff der Muster/Sand Johans gassin/Sand Pangraz/Sand Jacobs gassen/Sand Anna gassen/etc.

Fora quoque publica ab euentu ac situ nomina accepere, ab altitudine, à nouitate, à splendore, à fossæ ueteris uestigijs, à castris ueteris ruinis, à ludæis (quorum ante nostram memoriam frequens copia Viennæ habitabat) à ligno, ab equis, à porcis, à pino, à lacte, à rusticorum mercibus, ab halecibus, à piscibus, à specula, à penso, & ab incendijs ruinis: uulgo am Hohenmarth/am Newmarth/am Liechtensteg/am Graben/am Hoff/am Judenblaz/am Holzmarth/am Rossmarth/am Schweinmarth/am Khienmarth/am Wilichmarth/am Paurmarth/am Haringmarth/am Dirschmarth/am Lugeh/am Harmarth/vnd auff der Prandstad/etc.

In quorum Alto quem uocant foro, omnis generis merces, & quæ ad quotidianum usum necessaria sunt, uenalia habentur. In No- uo foro, frumentum: in Liechtensteg, carnes ueneunt: in Specula, mercatores ex diuersis regionibus confluentes contrahunt. In Iudæorum foro, castaneæ: in foro ab Aule uestigijs nomen habente, panificia & cancri: in equorū foro (quod duplex est) in ueteri lignea uasa, in altero equi mercede inscribuntur. In cæteris, sues, boues, lacticia, farcimina, petasones, succulæ, & id genus alia rusticarū mercium, haleces, pisces, linū, & uetera ac attrita uestimēta proponuntur.

Fiunt etiam in cimiterijs quorundam templorum mercimonia: in diui Petri quidem uetustissimi templi, ac à Carolo magno excitati, amplo cimiterio oua et galline uenduntur, quorū innumera interdū plaustra Viennā perducuntur. Ad diui quoque Michaelis parochiale ædem, lignea uasa, & ad uindemiam instrumenta necessaria, circa

Fora publica Viennæ.
Merces in quibus foris exponantur mercede.
Cimiteria urbis, in quibus merces proponuntur.
eiusdem

eiusdem diui solennem diem, proponuntur. Ita ad Augustinianōs equi producuntur: & ante Scotensis cœnobij asylum, quod fontibus patet, in uindemia uectabula & currus conducuntur: & in ea denicq; quæ inter Dominicanos ac Gymnasij ducale collegium interiacet intercapedine ac area, quottannis Nundinæ, decimo quarto à Paschatis festo die expediuntur. Sunt & aliæ nundinæ maiores, quæ in foro (quod diximus à ueteris aulae ducalis ruderibus nomen retinere) bis in anno celebrantur, hoc est in festiuitate Pentecostes, & circa diuæ uirginis Catherinæ solennem diem. Fuerūt & alia fora uicicq; in suburbio, quod anno Salutis nostræ M.D.XXIX. ob Turcarum tyranni obsidionem (qua is mensis spacio Viennam pressit) demolitum est, quod & ædium numero & magnificentia ipsam etiam urbem superabat. In quo destructa sunt templa ac cœnobia, Monialium abbatia ad diuum Nicolaum, Franciscanorum cœnobium diuo Theobaldo dedicatū, Vestalium item diuæ Margaretę consecratum conuenticulum, sancti Spiritus & sancti Antonij commendaturæ: cum templis parochialibus, ac sacellis maiusculis, diui Ioannis, diui Colomanni, beati Vuolfgangi, beati Sebastiani, sanctorum Philippi & Iacobi, diui Martini, & hoc quod Xenodochio publico adiunctum templum fuit. Porro supersunt adhuc intra Viennam duæ parochiæ, templa maiora, in quibus uerbum diuinum plebeculæ adnunciatur, duo. Hæc sunt, diui Stephani, uel omnium Sanctorum cathedrale, positum ab Henrico primo duce Austriae, circa annum Domini M.CXL. quod & fornicibus, & turribus admirandi operis, sedecq; cathedrali, augustius postea redditum fuit à Rudolpho quarto, anno currēte à nato Christo M.C.C.C.LX. ad cuius curam maior ciuitatis pars pertinet, portis uidelicet peruia, Carnorum, Scubarum, Rubræ turris, & Salinarum. Hoc, diuo Michaeli consecratum phanum sequitur, ab Ottone & Rudolpho quondam Austriae archiducibus, ex sacelli angustijs in parochialem basilicam elatum: ad cuius curam minor pertinet ciuitatis portio, castro Ducali proxima, et duabus portis peruia, Castrēsi uidelicet & Scotensi. In his duabus parochialibus ecclesijs, in dominicis diebus, ac solennibus diuorū festis, conciones ad populum fiunt: quæ nostra adhuc memoria in diui Petri, ac Ruperti, omnium uetustissimis templis, ante annos uidelicet octingentos positis (ut antè ostensum) fieri solebāt. Quare hominum incuria impietateq; simul cum sacris intercidente, iam tamē in Saluatoris templo, Prætorio siue domui Senatoriæ iuncto, & à duobus fratribus equestri ordinis ciuibus Ottone & Haymone à Neuburg extructo, recens uerò s. P. Q. Viennensi renouato, & aucto, itemq; in diui Nicolai templo in uico Cantorum, quod hodie Franciscani incolunt, fieri adsueuere. Id quod ante obsidionem Turcarum, anno Domini factam 1529, in diui Ioannis æde in suburbio piscatorum sita, obseruatum

Nundinæ
Viennenses.

Suburbium
Viennense
& uici.

Monasteria
et templa
suburbij
destructa.

Parochiæ
Viennenses.

Quibus in
locis Viennensium
concionēs sacræ
ad populū
fiunt.

uatum

uatum uidimus, & ante paucos annos, in diuæ Virginis in littore
 ampla basilica Patauiensium episcoporum opera, quorum hæc est.

Atq; hæc sunt templa, in quibus animarum cura, & superioribus
 annis, & hodie adhuc habetur. Porro magnarum (ut uocant) fun-
 dationum basilicæ intra Viennam octo erāt, ex quibus tres in sub-
 urbanis ob Turcarū metum demolitæ sunt, diui Nicolai abbatissæ
 regia, & duæ quas uocant commendaturæ, sancti Spiritus & beati
 Antonij. Superfunt adhuc intra urbem quinque: Scotorum ab-
 batia, diuæ Virgini ab Henrico primo duce Austriæ anno Domini
 MCLVIII. consecrata, & Scotorum peregrinationi ad terram San-
 ctam euntium dedicata. Secunda est diuæ Claræ abbatissæ sedes,
 à Rudolpho tertio, eiusq; coniuge Blanca Gallia regis filia, auspi-
 cata, & ab Anna postea Friderici tertij Romani regis filia anno M.
 CCC. XXXVI. itemq; Catherina Alberti Contracti, hoc nomine
 secundi archiducis Austriæ nata, anno Salutis M C C C L X X X. au-
 cta & locupletata. Hunc locum anno postea M D X X X. Ferdinan-
 dus archidux, xenodochio urbano tribuit, Vestalibus ad diuam
 Annam & Peregrinorū hospitium translatis, ubi & hodie manet.

Tertia est diuæ Dorotheæ prepositura, ab Andrea Blankh, Alber-
 ti quinti & præceptore & cancellario posita, circa annum Domini
 M C C C X. ubi canonici sunt regulares Preposito subiecti. Quar-
 ta & quinta, Commendaturæ sunt militum Hierosolymitanorum
 & Rhodiensium, quarū utraq; basilicas diuo Ioanni sacras iunctas
 habet, hæc in Cantorum (ut uocant) uico, illa in Carnorum platea:
 quarum exordia deprehendere hactenus non potui. Sunt & Men-
 dicantium (ut uocant) Viennæ monasteria: Dominicanorum, pro-
 pe Gymnasij locum, qui à Lupoldo quinto duce Austriæ anno Sa-
 lutis M C L X X V I. in Mariæ rotundæ ædem, conuenticulumq;
 Templariorum collocati sunt. Minorum & basilicam & monaste-
 rium Ottocarus Bohemiæ rex & Austriæ archidux incepit: ad ex-
 tremam uerò manum locupletata perduxerunt, Blanca Gallia re-
 gina, Rudolphi tertij, & Elisabeta Arragonum regina, Friderici pri-
 mi de Habsburgensi prosapia coniuges. Carmelitarū cœnobium,
 diuæ Virgini à Rudolpho quarto positum est, quem Fundatorem
 cognominant, circa annū Domini M C C C L X. Augustinianorum
 præterea amplum cœnobium, ab Ottone primo Alberti primi du-
 cis Austriæ de stirpe Habsburgensi filio, incepit legitur circa
 annum Salutis nostræ M C C C X X X I X. Habebant deniq; & Fran-
 ciscani de obseruantia in suburbanis monasterium, beato Theobal-
 do dedicatum, & recens piorum hominum adminiculo positum:
 nostra uerò memoria ob Turcarum metum, solo æquatum. Ve-
 stalium contubernia sacra quinque superfunt: duo in suburbanis, di-
 uo Nicolao ac sanctæ Magdalena consecrata, esse desierunt. Ad
 Cœli portas cœnobium Vestaliū, M. Gerhardus parochus Vien-

Conciones
 iam aboli-
 tæ Viennæ.

Fundatio-
 nes magnæ
 destructæ
 in subur-
 bij.

Scotensis
 Abbatia.

Abbatia di-
 uæ Claræ.

Præpositu-
 ra diuæ Do-
 rotheæ.

Commēda-
 turæ duæ
 diui Ioanis
 intra Vien-
 nam.

Monaste-
 ria Mendic-
 antium
 Viennæ.

Dominica-
 norum cœ-
 nobium.

Minorum
 cœnobium.
 Carmelita-
 rum cœno-
 bium.

Augustini-
 anorū cœ-
 nobium.

Francisca-
 norum cœ-
 nobium.

Cœnobium
 Vestalium,
 uel monia-
 liū Viennæ.

Ad Cœli
 portas.

Sancti Iacobi monasterium.

nensis posuit, circa annum Domini 1267. Secundū diui Laurentij, auspicio duorū fratrum Austriae archiducū incoepit, Ottonis uidelicet & Friderici, circiter annum Domini 1337. Tertiū diuo Iacobo, honesta quaedā matrona Khülberin auspicata est, quod postea Domini à Careit, Charinthiae nobiles, locupletatū ad extremā manum

Diui Hieronymi coenobium.

perdixerūt. Quartū, diui Hieronymi coenobiū (ubi Pœnitētes foemine recipiuntur, quæ horas gētilicia lingua canūt) magni nominis ciuis quidam Viennensis, & prætura aliquoties defunctus, constituit, nomine Cunradus Holtzler, circa annum ferè à nato Christo

Diue Clare coenobium, siue diue Annæ.

1424. Quintum, diuæ Annæ sacrum est, anno abhinc sedecimo, non incoepum, sed eò à diuæ Clare abbatia & contubernio translatum fuit, in quo olim nobilium tantum natæ & uirgines recipiebantur. His connumerāda sunt minora tēpla & sacella, in amplioribus passim ædib. aulisq; extructa: diuo Pāgratio, in ueteri castro: sancto Georgio, in episcopi Frisingensis curia: passioni Dominice, in nouo xenodochio, opera Diegonis de Scarabo Hispani auspicato: indiuidue sancte Trinitati, in nostris ædibus, à ducibus Austrig, & quodam opulento ciue Zinkh nomine, conditū: diuo Thomæ, in ædibus Gundlacensib. quorundā nobiliū Strasser liberalitate ac pietate positū: Philippo & Iacobo, in hospitio Coloniensi, auspicio Gundlacensium ciuiū: diuæ Margarete, in ædib. Maroltingerorum, in foro rusticorum: & diuo Paulo, nostra memoria à Vuolfgango Troiano cōsule ædib. suis coniunctū, in foro porcorū. Habent & optimates sua in ædib. quicq; proprijs sacella, Dux in castro, episcopus Viennensis, canonici Viennēses, domini à Liechtstayn, comites à Schaunburg, abbates diue Crucis, Melicēsis, & Maurbacēsis. Ciues uerò, Guarla, Huotstokher, Tansteter: & in hospitij publicis, Cerui aurei, & aurei Agni. Atq; hæc de sacris ædib. quas prophane sequuntur, quarū aliquot mille Vienna nostra habet, quarū insigniores amplioresq; sunt: Ducis quidem, castrū ipsum, duplex armamentariū, tormentorū bellicorū puluerumq; cācellaria, questura, uulgo Huobhaus, leporina domus, Pragēsis domus (ubi Alobarches cū antigrafo suo habitat) quondā uenatoria, Collegiū ducale, domus insularis & magnifica, & teloniū regium Danubio proximū. Habet & prouincia suas ædes: Prætoriiū magnifico opere extructū, ubi scriniorū cōclauia, quas Cācellarias uocāt, tria sunt, Epistolarū magistri prouinciæ, Secretarij prouinciæ, & Quæstoris prouinciæ. In eo & quatuor prouincialium ordines conueniunt, prelati, barones siue patricij, equites, & ciues oppidorū. habitant in his & præfecti p̄torio, quos Marefcalcos dicūt. Ludus prouinciæ nuper ad eò incoepus est, p̄ ingenuis nobiliū filijs erudiēdis, huic propriā domū Gymnasio proximā cōduxerūt. Habent et ciues communes ac magnificētiore ceteris ædes: Prætoriiū urbanū, ubi consul quoti die senatū dat; Prætoriiū iudiciale, ubi facinorosi morte cōdemnantur, &

Templamina Viennensis.

Domus prophane insigniores

Domus prouinciales Viennensis.

Insigniores ædes senatus Viennensis.

tur, & Prætor ter in septimana causas criminales distinguit, cum duodecim additis sibi decurionibus, hanc domum uulgo à subteliorum ordine, Schrann uocant, publico foro incumbentē, & sub cuius inferiori fornice panes uenduntur. Cui è regione in foro piscario pulchrū cœnaculum æstiuū obijcitur. Habēt & proprias ædes pro pauperib. uulgo Xenodochium: ubi frumentū adseruant, ubi armamenta custodiunt, ubi uectigal percipiunt, & pondera mercibus iniiciunt: ubi ludum literarum, ubi cantores, hoc est Musicos: ubi libros preciosos habent, hoc est bibliothecam optimis uoluminibus refertam: item ubi captiuos & facinorosos arcta custodia retinent. Et extra mœnia ædificia habent pro lateribus coquendis, & seuo liquefaciendo, & tres pauperibus ægrotisq; addictas domus: sancti Marci, ubi morbo Gallico ulceribusq; malignis infectati: Clagenbaum conuenticulum, ubi leprosi: & Siechen Als, ubi pestis contagio laborantes, urbis sumptu concluduntur. Hospitia publica intra Viennam extant, Cerui aurei, Anseris aurei, Crucis aureę, Stellæ aureę, Coloniense, & Ratisponense, Danubij fluento uicina sunt, in quæ mercatores Sueui ac Bauari diuertunt. Hungari in aureum leonem: Bohemi in hospitium Schabnrueßl: Silesij ac Morauj ad Praunum: Styri & Carni in aureum Agnum & Struthionem, in uico Carnorum sita diuersoria: Itali in rubeum Cancrum: rustici ad sanctam indiuiduam Trinitatē: nauatæ ad aureum Solem, & album Equum, Salinarū portæ uicina: atq; alij aliò comitant. sunt enim cætera minora, nec digna ut in hunc librum referantur, Corui, Pauonis, & alia quædam. Publica balnea Viennæ decem sunt, Rubrę plateę, & diui Stephani, Danubio uicinum: Nouæ balneæ, Cancellarię & porcorum fori Castro proxime: reliqua hinc inde per urbis uicos ac fora distributa, ad Figulos, ad Cannas, ad Cœli portas, & in textorum platea. Sunt & loca quædam intra Viennæ mœnia, aliquo euentu uel pictura quadam insigniora, & uulgo cognita: Ad montanas ueteres ædes, uulgo Perighof, quæ primam Viennæ positam fuisse domum existimant: in Aureo colliculo, ad acutum Angelum, in cedente Burgo, ad portam Beurer, hodie Peiler, ad Turriculam, in Axungia promptuario, uulgo Schmergrüb, in Torculari, in lōgo Cellario, in Alto pōte, ubi Tartarus sagittas eiaculatur, ubi Lupus ad anseres concionē habet, ubi Lupus cum uacca ludit, ad Aestatis personam, itemq; Hyemis, ad Aethiopem, ad cœlestinū Caputium, ad Ferreum pirū, ad Albam rosam, ad pulchram Portam, ad Nucis uiridis arborem, ubi Truncus ferro uisitur conclusus, ubi Gigantis crus appensum est, Leporina domus, ludæorum domus, ad Tergeminos, ad Umbellam, ad cœlestinum Lupum, ad aureum Anatem, ad rubram Crucem, ubi Basiliscus repertus, in Limi fossa, uulgo Leymgrüben, ad prouincię coronam, & alia id genus pleraq; ædificia, quibus uel appen-

Xenodochia pauperū Viennæ.

Hospitia et diuersoria Viennæ.

Balnea publica Viennæ.

Loca insigniora Viennæ.

fa, uel picturæ, uel alius quispiam euentus nomenclaturas inditas, ad posteritatem transmisit.

CAPVT VII. DE INCOMMODIS

periculisq; quæ Viennæ uel à bellis, uel incendijs acciderunt.



TQVE hæc in pace, atq; his incrementis, ad eam magnitudinem urbs ea peruenit, in qua annis abhinc uiginti cernebatur. Accidebant uerò tempora Viennæ interdum turbulenta, quæ dignitati eius splendoriq; non nihil ademerunt. Et ut Romanam gentium que memoriam omittamus, quando à Marcomanis, Quadis, Gottis, Hunnis, Sueuis, Herulis, Rugis, Scyris, Longobardis, Auaribus, & Hungaris, non semel & obsessa expugnataq; atq; adeò in cineres uersa extitit: ut à

Vienna expugnata anno 1242.

Item 1282.

Item 1497.

Item 1529.

Incendia urbis Viennæ publica.

Magnum incendium Viennæ.

Propugnacula urbis Viennensis.

recentiori tempore rem repetamus, satis constat, Viennam expugnatam fuisse à Friderico Babenbergensis familiae penultimo, qui ab imperio proscriptus, & à suis dominatu exutus fuerat, id contigit anno ferè Verbi incarnati MCCXLII. Ab eo tempore circa annum Domini MCCLXXX. à Rudolpho Habsburgensi Cæsare denuò expugnatur Vienna, & ceu antè in fidem imperij recipitur. Expugnatam quoq; Viennam constat à Mathia Coruino Hungariae rege, anno MCCCCLXXXVII. Et paulo antè non semel à Friderici Cæsaris fratre Alberto, ipsoq; Friderico contra Albertum, ad deditionem coactam legimus. ut de obsidione ista nihil adijciamus, quam passa est à Solymano potentissimo Turcarum tyranno, anno redemptionis nostræ MDXXIX. Quo tempore cum fortiter obsidionem oppugnationemq; omnem elusisset, aduersus imminuentem perniciem fortiter insuper reluctabatur. Atque hæc de bellorum incommodis. Deprehendimus porro, incendio hanc urbem conflagrasse, & penè in cineres aliquoties fuisse conuersam, anno uidelicet MCCLVIII. quando diui Stephani parochialis basilica, cum ædibus Hierosolymitanorum militum, & diui Ioannis xenodochio, absumpta igne fuere. Item anno MCCLXII. circa festum diui Vitalis eadem parochialis basilica, Minorū cœnobium, templum diuæ Virginis in littore, cum tertia ferè urbis parte in cineres conuersa fuere. à quo tempore publica Viennæ frequentia cœperunt incendia oriri, annis uidelicet Dominicæ incarnationis MCCLXXVI. MCCCXVIII. MD. MDXXV. cuius & nos memoriam habemus, quando parochiale diui Michaelis templū, cum cœnobijs diui Hieronymi, Iacobi, & tertiam ferè urbis partem miserimè, paulo ante Ludouici Hungariæ regis cladem, incendio deuastatam uidimus. Porrò suburbanis (ut diximus) ob Turcæ metum demolitis, maxima in locum uicemq; & admirandī infinitiq; operis

operis & sumptus propugnacula, mœnibus quoq; renouatis, à s. p. q. Viennensi adiuncta sunt: prope castrum, unum maximum: ab hoc ad Scotorum portam duo amplissima, & uix credibilis sumptus, ac (ut ferunt) quadraginta millibus aureorum, à fundamentis lapide quadrato surrexerunt. A Castrensi insuper propugnaculo, uersus Hungariam, & portam quam Stubarum uocant, tria mediocria: & inde latius ad Danubij præterfluentis fluentum, duo maxima, munitissimaq; s. p. q. Viennensis, infinito planè ac inæstimabili sumptu suscitauit: auxilia ad hoc conferentibus ipso Rege Romanorum Ferdinando, Mauritio duce Saxoniae, Vilhelmo Bavariae duce, ac imperialibus quibusdam ciuitatibus, Augusta Vindelicum, Norimberga, Argentoraco, Ulma, Colonia Agrippina, Treuirorum urbe, Colmaria, Selestadio, & alijs quibusdam. In quorum uno, quod solo urbis ciuium que Viennensium sumptu suscitatum est, nos memoriae ergò hoc monumentum posuimus:

D. O. M.

D. D. N. N. CAROLI ET FERDINANDI
PERENNIVM AVGVST. SALVBER. IVSS.
HOC PROPVGNACVLVM A' FVNDAMEN.
CONTRA TVRCARVM VIM, ORDINANTE
VIRO CLARISS. LEONHARTO VELSIO
SACRI REGII PALATII COMITE, ET
VTRIVSQ. MILITIAE MASTRO, INSISTENTE
ETIAM STEPHANO DENCKIO CONSULE
VIGILANTIS. S. P. Q. VIENNENSIS
CVRAE HORVM COMMIS. A DEXTRE
MAM MANVM PERDVX. AERE PVBLICO,
ANNO CHRISTI MDXLV. V. S. L. L. M.

FINIS LIBRI TERTII.

R 3

RERVM

RERVM VIENNENSIVM LIBER

Quartus, de familijs insignioribus urbis Viennensis, & qui
quouis magistratu functi sunt.

CAPVT I. DE FAMILIIS VR-
bis Viennensis in genere.

Familie
magnarum
Rerumpub
licarum.

VAE ad incrementa Viennæ accesserint, rationes omnes superioribus libris ad plenum (quod aiunt) ostendimus: incrementa uerò ea consequuta esse Rempublicam illius felicissimam, ac ueteribus celebratissimis etiam comparandam. Itaq; quemadmodum in his familie quædam ob hanc tam felicem administrationem non solum ad famam nominis, uerumetiam ad stirpis perpetuam successionem peruenerunt, Athænis Leontidum, Acamantidū, & Antiochidum (unde Themistocles, Pericles, & Aristides processerunt) Romæ uerò tot Tulliorum, Aemiliorū, Papiriorum, Aureliorum, Seruiliorū, Scipionum, Portiorū, Flauiorū, & Neruarum, ac tam nobiles stirpes, & in tot secula propagatæ: ita quoq; Viennæ ob bene gubernatā Rempublicā, profapias quasdam ortas cōperimus, nec præclarè gestis, aut opum cumulo, successionēq; Græcis Romanis ue inferiores. Nam si profapias, maiores nostri ac rerum scriptores classici in rebus publicis maximis eas cōmendarunt, que honestis primū studijs rem compararunt, deinde ut successionē generis lociq; apud suos tenuerint, præclarè rebus pro patria gestis, & in magistratus suos aut principes fide, effecerint: Viennæ mehercule, eiusq; familijs eo maior ac dignior laus dabitur, quòd ad superiora omnia adiuuēta conseruandarum successionū, quæ maxima sunt, efficacissimaq; ea quoq; pietatis adminicula, quæ in Deū optimum maximū nobis Christianis meritò esse debet, adiecerint. Quibus rebus factum est, ut congestucopiarum, gestorū & honestorum studiorum, pleræq; apud Viennam Austriæ stirpes, ac œconomiae administratione sincera, nomina sua, longa annorum serie ad posteritatē transmiserint. De quibus ordine à nobis dicetur, exordio ab his sumpto quæ in patriciorum ordinem equestrem que transgressæ, bellorū incōmoditate fatorūq; iniquitate interciderūt.

CAPVT II. DE FAMILIIS VIEN-
næ equestris ordinis, quæ interciderunt.

Nobiliū fa
milie Vien
nēsis urbis.

Nmaximis inuenio Rebuspublicis tres ciuium ordines seu tribus, & in subsellijs horum dignitatem diuersam fuisse: Patriciorum inquam, Equitum, & plebis. Hi cum constituta simul auctaq; Viennensi Republica creuerunt, & principum terræ fauore, & in hanc ciuitatē inclinatione, paulatim

paulatim ad eos processus peruenere, ut patribus Romæ quondã à Romulo institutis, multi ibi & diuitijs & consilijs ac ætate conferri possent. Qui ex humiliori gradu maiores ad res quotidie constituti, clari natalibus & meritis in Rempublicam, à Principibus suis equestris gradus honore accumulabantur. Nam cum haud neglecti, in multo horum usu essent, quid mirum, si adhibito discrimine ætatis & census, Principes hos & gradu cæteris prætulerint, & munia commiserint maiora, honoratioraq;? Harum catalogum nos adeò hoc capite recensimus, quæ ob tranquilla quæ Reipublicæ Viennensi acciderunt tempora, esse desierunt: ob res tamen bene administratas, & successionis tam longa interualla, memoria dignissimas.

VELBEN, cuius prosapię legimus Theodericum & Henricum, comitum Hardecensium in Austria uasallos fuisse. Quorum Henricus Vuilburgim comitissam ab Helfenstain, & Ottone comite à Plaen & Hardekhe uiduatam, cõiugem duxit, & in comitatu Hardecensi à ducibus Austriæ substitutus est, circa annum Domini MCCCXII. Huius quoq; familiæ legitur Ioannes Velben, anno postea MCCCCVI. præfectum urbis Viennensis egisse, quem nostra ætate Annualdum dicimus.

INNERNBRODER, hoc est, si latinè reddas, fratrum Minorum, quod uidelicet Minorum monasterium tum fortè à Blanca Galliæ regis filia & Elisabetha Arragonum regis nata, Austriæ ducissis, auspiciatum, hiut Mecœnates fouerint, & suis donatiuis augustius reddiderint: ferebant in armis gentilicjs album gryphonem, aureis calcaribus, & aureo rostro præditum. Quorum Cunonem obseruauimus, bractearijs Viennæ præfuisse, anno MCCLXXXIX. quæ tum summa dignitas erat, Consuli etiam ac prætori prælata. Quem sequutus est alter Cuno, & hunc Vdalricus, cum Birgita uxore, in sacello diui Ioannis, apud Minores sepulti cernuntur. Quo loco & Gryphonis cuiusdam de hac stirpe, de anno Domini MCCCXLVIII. & Vichardi, de anno MCCC LII. tumuli uisuntur. Leguntur ibidem & Elizabethæ & Catherinæ, coniugum Vuichardi, & Ioannis filij, & Annæ natæ, nomina adscripta. Otto postea huius prosapiæ, cognominatus à Pursendorf, ex Khunigunde uxore duos filios tulit, Ioannē & Vdalricum: & totidem natas, Gertrudim & Agnetem: qui circa annum Domini MCCCLXX. in uiuis adhuc fuerunt.

VON NEVBURG, nescio an à Neuburga Austriæ, uel Æni, Danubij uel, hi nomenclaturã traxerint, quorũ domus quæ hodie est senatoria, & castrum erat, ditioq; quam nostra ætate Dominij Maur uocamus, duobus à Vienna milliarijs separatam, et uini prouentu opulentam. In qua prosapia Otto quispiam floruit, anno Salutis

MCCCLXXXII.

MCCLXXXII, qui parochiam in Siechen Als, & sacellum in castro Maur construxit. Is ex Mechtilde uxore Ottonem, Herrandum, & Haymonem progenuit. quorum Haymo coelibe uita ductus, militem Hierosolymitanum egit Viennæ: Otto uerò ob res præclare in bello pro patria gestas, cingulo militari donatus ab imperatore Alberto primo, ex coniuge Gertrude Praytenfelderinn duas tantum filias suscepit, Guetam & Margaretam. Itaq; cum uirili successione careret, animum ad pietatis studia adiecit: & diuisis suis diuæ Virgini sacellum magni operis coniunxit, quod postea Saluatori consecratum, ab authoribus Ottonis & Haymonis templū dici coeptum est. Aedes quoq; suas, in quibus senatus conuenire solebat, tanquam primarij ciuis, post obitum Urbano consilio dedicauit, in quibus in hanc usq; diem Senatus datur.

TIRNA, à Tirnauia'ne Hungariæ municipio, Morauia' proximo: uel prædio Austria' Garfio proximo, nomine item Tirna, nomen traxerit, dubium. quorum gentilicia arma, lunarem orbem album, in clypeo atro ac rubro coloribus distincto, præferebant: & quorum præterea obsequio loca leguntur Austria' imbuta fuisse, Valkhestayn, Siedendorf, & Manesdorf. In hac stirpe Vdalricus, cum Berchta coniuge, & sororibus Adelhaide ac Elisabeta, diuī Stephani templo parochiali, magni & admirandi operis sacellū adiecit, anno Salutis nostræ 1326. quod adhuc hodie uisitur hoc nomine. Quē sequuti, Ioannes, prætorem Viennensem egit circa annum Salutis 1346. & Fridericus quispiam à Tirna, ex Margareta coniuge Mechtildem filiam legitur tulisse, circa annum Verbi incarnati 1354. Hos sequuti sunt Rudolphus, Lupoldus, Georgius, & Cunradus: quorum Rudolphi filiam Annam Vualtherus Marefcalcus à Reichenau uxorem duxit, quo ex matrimonio Ioachimus Marefcalcus procedit, qui adhuc in uiuis est, Bernhardo auo & Eberhardo patre mediantibus. Vnde deficientis Tirnensium nobilium stirpis arma gentilicia, huic sunt uiro partim ob affinitatem, partim ob merita, à Ferdinando rege nostra memoria collata. Postremus huius familia' nobiliū & ciuū à Tirna, Cunradus nomine, canonicum Patauiensem egit, circa annum Domini 1492.

SPIILBERG, in qua profapia unum reperimus Hugonem, qui ex ciue Principis palatij magister effectus est, anno Domini 1344.

VUULFLENSDORFER, cuius familia' Otto consulem Viennensem egit, anno Domini 1319. à quo multis intercidentibus temporum iniuria, tandem sub Friderico quarto Cæsare, circa annum Salutis 1480. Georgius & Vuolfgangus, in bello contra Mathiā Hungariæ regem gestum claruere. quorum alter præsidio Nouæ ciuitati à Cæsare Friderico impositus erat, alter pedestri exercitui præfectus.

VUULTZENDORFER, in qua familia Vuilhelmū reperimus,
anno

anno MCCCXCIII. & Vuolfgangum, anno MCCCCXXXV.

DOSSEN, cuius familiae, anno Verbi incarnati MCCCXL. Zacharias legitur, Bernardi Drugfals à Gotzelsdorf, nobilissimae & antiquissimae stirpis prouinciae Austriae reguli, filiam in matrimonio habuisse. Cuius nimirum filij Philippus & Ekhardus, castellani castri Calenberg, in coenobio Augustinianorum sepulti cernuntur, de anno Domini MCCCCXLVI. Vltimus prosapie sue Albinus, Ceciliam quandam à Stykhlberg in matrimonio habuisse reperitur.

EDLPARTZ, cuius familiae Petrus quispiam filiam Annam, Henrico Haiden equiti aurato uxorem coniunxit, anno Domini MCCCXC. quo nomine Nicolaum praeterea inuenimus quendam Viennae senatorem egisse, anno Salutis nostrae MCCCCXVI.

VUVRFL, qui in armis gentilicij rubris albam tesseram gerebant, incolentes domum illam, ubi hodie Praepositura est, è regione curiae urbanae. contingebant & hi obsequio castrum Hakhinz cuius stirpis quidam Schutuurfel, Friderico penultimo Austriae duci Babenbergensis prosapie, centum marchas argenti dono dedit, circa annum Salutis nostrae MCCXX. Quem multorum annorum interuallo sequuti sunt, Michael, anno 1340. Paulus praetorem Viennensem egit, anno 1392. Henricus, Nicolaus, Ioannes, & in uiuis adhuc erant anno 1400. Gessit & Paulus consulatum anno 1405. Vnde Ioannes procreatus est, in Minorum coenobio sepultus. Postremos familiae reperimus, Vdalricum, Sigismundum, Albertum, & Paulum, anno Verbi incarnati floruisse 1434. omnes senatorij ordinis. Quorum Vdalricum Paulus filio tutorem dedit: ad Augustinianos sepultus.

VIRDVNG, quam prosapiam Arbaistall & Schorndorf pagos possedisse inuenimus, in Hungariae limitibus sitos. In qua Cunradus quispiam circa annum Domini MCCXX. Friderico penultimo Austriae duci Babenbergensis prosapie, sexaginta legitur marchas argenti donasse. Quem multorum annorum intercapedine intercedente, sequuti sunt: Ekhebertus, qui uixit circa annum Salutis 1340. Michael, praetor Viennensis anno 1368. Ortolphus, item praetor Viennensis anno 1383. qui adhuc in humanis erat anno 1400.

FLEMING, cuius prosapie Dietuinus & Vuigmannus praefectos militum Viennae egerunt, anno Salutis MCL. Postea multis intercidētibus annis, Georgius senatus Viennensis praefectum egit, quem Anuualdum hodie uocamus.

ANGERVELDER, quorum familia praedium habuit Viennae proximū, quod adhuc hodie hoc nomine manet. In qua Petrum reperimus senatorem & pontificem, anno Domini 1396. Rudolphum consulem 1404. Petrum quoque praetorem Viennensem, eo

dem anno. Ceteri in senatum electi erant: Nicolaus, 1497. Petrus, 1410. Ioānes, 1426. qui obiit anno Domini 1480. cuius fratruelis Felix familiam clausit.

PRAYTNFELDER, de qua stirpe unicum reperi Cunradum, cuius filiam Gertrudim, Otto à Neuburgaeques auratus coniugē accepit, anno 1300. habebat aedes in littore haud procul à curia Patauiēsi, ut ego existimo, Pfaues im himel hodie dictas, magnificè extructas.

STRASSER, quæ familia duos baculos peregrinorum diui Iacobi, aureos in nigro clypeo, arma gentilia habebat, in fenestris diui Stephani aedis depicta. Possidebantq; aedes istas, quæ hodie Gundlahof dicuntur, ubi diuæ Thomæ apostolo sacellum posuerunt, multis donatiuis locupletatum. In qua stirpe animaduerti Ioannem floruisse, anno 1400. Petrum urbis fisco præfectū, anno 1436. Christianum & Nicolaum, anno 1436. Vltimus Engelhardus, Laurentij Haiden filiam coniugē accepit, anno Domini 1480.

VANAVER, cuius stirpis Cunradus in Charinthiorum uico legitur habitasse, anno 1400. Nicolaus, forsan Cunradi filius, anno 1430. senatorij ordinis ac equestris, ab Alberto quinto Austrig duce ad Sigismundum Cæsarem Romam orator est missus, ubi militari cingulo donatus à Cæsare, in reditu diem suum obiit.

VVIRSING, cuius familiae Stephanus cingulo militari à duce Alberto donatus, secundæ sententiæ locum ante prætorē, Hilteprandum à Morauia, in senatu, ob nobilitatis prærogatiuam obtinuit, anno 1417. Idem prætorem egit anno 1430.

DASCHLER, cuius stirpis Peregrinus ciuem Viennæ egit, anno 1396. Nicolaus postea, cum diu senatorem egisset, ac templo diui Stephani præfuisset, item prætura urbana functus anno 1443. à Friderico Cæsare nobilitatis ornamentis donatus, in senatu præfectum egit ad postremum, sub annum Incarnationis Dominicæ 1485.

PELLNDORFER, in qua prosapia unicum potui Ottonem nomine reperire, senatorem Viennensem, & equitem auratum, sub Friderico tertio Cæsare.

GRIESSMPOECK, cuius familiae Vdalricus v. i. Licenciatus, scrinijs urbis Viennensis præfuit, circa annum Domini 1467. quem Vitus artium liberalium doctor in officio sequutus est, & filiorum alter Casparus medicus Barbaram à Zinzndorf in matrimonio habuit. Obiit anno 1475. cuius epitaphium in diui Stephani templo hoc legitur:

Hippocratis normas, & sensa profunda Galeni,
Et quæ Romani, & quæ docuere Arabes,

Novi:

Noui: & grata fuit, sed & utilis, ars mea multis:

Hoc non artis erat, uincere posse necem.

PEMPFLINGER, cuius profapiae aedes haud procul à nostris in foro Pini extant, ruinosae admodum, & ut communis fama tenet, quondam Urbis castrum. In qua stirpe Christophorum inuenimus praetorem Viennae extitisse, anno Domini 1486. quo tempore Vienna à Mathia Hungariae rege expugnata fuit. Is cum Mathiae regi ac Stephani comiti Cepusienfi familiaris esset, in Hungariam lares transtulit, & partim quaestu, partim matrimonio familiam ad eos processus euegit, in quibus eam nostra aetas uidebat, Marcum uidelicet & Stephanum, utrosque Baronum titulo insignitos. Quorum Marcus fisco Hungariae praefectum egit.

ZINCK, cuius familiae Ioannes urbis praefectum egit, quem Anwaldum dicimus, anno 1416. Nicolaus postea hoc nomine, senatorem egit.

HAIZZN, quo nomine Bernhardum reperi castellanum extitisse in Medlico, anno 1311. ad Minores sepultum. Vuernherus & Fridericus ciues Viennenses, anno 1323. itidem in Minorum coenobio conditi.

MVLHAUSER, quam familiam aedes paternas incoluisse constat, post Georgium. In qua Ioannem reperi, anno Domini 1480. cuius filia, utpote nobilis genere, cum nupsisset cuidam Enzesdorfer, magno loco in Austria equiti, uidua postea multa sacris, cum esset uitam cum morte commutatura, legauit. Aedes postea quae amplissimae fuerant, ab exequutoribus diuisae sunt, & maior pars parenti nostro Simoni Lazio medicinae doctori, Ioanni Capnioni, ac Cunrado Celti Protucio amicissimo, uenditae sunt.

FALCKASTAINER, quo nomine Vdalricum reperimus, anno Domini 1340. & Philippum, de anno 1336.

VELDSPERGER, Ioannes, anno 1404.

RAMPESDORFER, Vilhelmus & Cunradus: quorum Cunradus capite caesus, 1400.

RASTEMBERGER, Iodocus, 1406.

STRAER, cuius familiae Erhardum inuenimus, anno Domini 1340. extant adhuc aedes hoc nomine in foro diui Petri, quas Citter legitur possedisse, à quo agnationis iure ad Ioannem Schallautzer proauum maternum peruenere.

CITTER, possedere praedium Aunhof, haud procul à sancti Viti pago, & haereditatem Straer adiere, cuius familiae Albertus, cingulo militari donatus, praetorem Viennensem egit triennio. Is Hiltebrandi à Merania filiam duxit; quae cum sine prole obiret, Ioannes Schallautzer proauus maternus, qui sororem eius in matrimonio habuit, haereditatem adiit.

GEIMAN, huius familiae Nicolaus floruit Viennae, anno 1436.

Superioribus annis Ioannem Geyman, magistrū generalem ordinis sancti Georgij à Friderico Cæsare instituti uidimus, cui Vuolfgangus Prandner in officio successerat.

TROY, cuius prosapiæ Nicolaus in humanis erat anno 1480. & Vuolfgangum ipsi uidimus aliquoties functum consulatu, & anno postea 1538. præfectum urbis Viennensis, obiit sine successione, 1540.

CAPVT III. DE PROSAPIIS

Viennensis urbis senatorij ordinis, quæ item interciderunt.



ADEM temporum iniuria officiebat & cæteris familijs, quæ opibus uetustis ac claritudine generis præcelebant: sed in ueteri dignitate fortunæq; nati, consulari senatorioq; nomine contenti, famæ haudquaquam indulgebant. Harum multas senescentes, cum substituere fecunditas prolis non posset, in domibus suis successores quæsiuisse constat: quarum catalogus is est.

GHRIECNEN, qui diuisum clypeum album, in cuius superiori parte sex nigri quadranguli, & totidem albi inuicem incumbentes, ac alternis uicibus seiuncti erant, generis sui ornamenta habebant. qui an è Græcia in Austriam emigrarint, fortè à ducibus ex Cōstantinopoli, aut Asia eò translati, haud equidem ausim affirmare. In qua Rudigerum inuenimus, & Meginhardū, anno Salutis nostræ 1158. Quos aliquot annorum interuallis sequuti sunt, Nicolaus & Steghardus, anno 1300. Ultimos, Henricum & Sigladum, denominatos Griechn de Als, obseruauimus.

ESELARN, quæ familia octo triangulos nigros, & totidem albos occurrentes, & se mutuò comprehendentes per transuersum albi clypei, gentilicia insignia usurpabat. Cuius alumni fuere, Cunradus & Vdalricus, anno Salutis 1288. Nicolaus, anno 1300. Iacobus & Cunradus prætores Viennenses, annis Domini 1347. 1348. Henricus prætor item Viennensis, anno 1350. Cunradus consul Viennensis, anno 1377. Otto, qui eiusdem familiæ per id tempus ex Gerburgi coniuge, Nicolaum, Ioannem, & Vdalricum tulit, senatores Viennenses: & filias duas, Catherinam Christophoro cuidam militi, & Gerburgim cuidam Finfkhircher nuptas. Anno postea labente à nato Christo 1400. Stephanum, Nicolaum, & Hermannum, hoc nomine inuenimus, senatores Viennenses: & Stephanum ad hæc prætorem, anno 1415. Ferunt postremam huius nominis paulo ante nostram memoriam cuidam Franconi nupsisse, & domum habuisse angularem in foro rusticorum, quam modò Schobrij tenent.

BALTRAMEN, cuius familiae Rudigerus consulem Viennae egit, anno Domini 1283. quo tempore Rudolphus Caesar Viennam deditam accepit, à quo tempore duos tantum hoc nomine obseruauimus, Peregrinum & Cunradum, de anno 1339.

POLLN, in qua familia haec nomina reperimus: Christophorus consul Viennensis, anno 1280. Cunradus, consul anno 1300. Nicolaus, consul 1360. Ioannes Iacobus, parochus ad Saluatorem 1340. Leonhardus & Nicolaus, anno 1370. Stephanus, consul 1400. Ioannes & Petrus, 1426. Postremi huius stirpis, Leonhardus & Balthasar, sub Alberto quinto florere, anno 1430. à quibus multa sacra in diui Stephani aede constituta leguntur.

LEVBL, in qua Fridericum inuenimus, 1289. praefecti bracteariorum magistratum consulari Viennae iunxisse. Quem sequutus Otto hoc cognomento, anno Domini 1310. uineam in pago Grinzing Vdalrico preposito sancti Nicolai prope Batauiam uen didisse reperitur.

VRBETZ, quae familia in armis gentilicij tria piri folia alba, in rubro clypeo distincta gerebat. Cuius hi sunt à nobis reperti alumni: Theodericus, praetor Viennensis anno 1333. Cunradus, item praetor anno 1352. Theodericus secundus, senator Viennensis anno 1366.

SCHVOCHLER, cuius familiae alumnos reperimus, Haynoldum, praetorem Viennensem 1342. Lupoldum, senatorem Viennensem 1349. Michaelem, praetorem 1355. Georgium, praetorem 1446. Haynoldum, senatorem 1416, & postremos, Cunradum & Ioannem, anno 1460.

CRONVEST, cuius prosapiae Henricus, consulem Viennensem egit anno Salutis 1300. Bernhardus, praefectum monetae, anno 1332. Henricus, consul item Viennae 1367. Iacobus, anno 1400, cum uxore Margareta in Minorum coenobio terrae traditus. Ferunt hanc prosapiam proximas nostris aedes incoluisse, ubi hodie est hospitium Trinitatis, quod ante nostram memoriã Schiemer & Mansdorfer possederunt.

VORSPRECH, aduocati latinè, in qua stirpe Sibotum quendam animaduerti, ciuem Viennae fuisse, 1250. & Maynhardum, anno 1313.

GEIKRAMER, cuius stirpis Michael, monetae siue bracteariorum praefectum egit anno Domini 1378. Cui filius in officio successit, nomine Nicolaus, anno 1408. Hieronymus postremus, Viennae senatorem egit, 1420.

VUAGSGIESSER, in qua stirpe senatores egerunt, Martinus, anno Salutis 1396. Ioannes, 1400. Hieronymus & Vdalricus, anno 1430. Stephanus postremus, circa annum Domini 1440. in humanis adhuc erat.

PFEYLŠCHNIZER, quo nomine hos reperi: Nicolaum, anno 1396. Mandelium, Menhardum, & Nicolaum, senatorij ordinis, anno 1400. Augustinum, Vuolfhardum, & Cunradum, circa annum postea 1440.

VORLAVFF, quo nomine duos Cunradi nomina præferentes collegimus: quorum unus, anno 1390, alter à Lupoldo duce Austriae, anno 1408, capitis supplicio cum Ioanne Rokh, & Cunrado Rampesdorfer, affectus erat Viennæ.

POETL, quæ familia opum cumulo celebrabatur, cuius alumni erant, Lupoldus, anno 1313. Simon, sepultus in Augustinianorum cœnobio, anno 1344. Nicolaus, 1400. Pacolus, 1419. & Hermanus præfectus xenodochij Viennensis, anno Christi 1430.

ROCK, quo nomine deprehendimus Ioannem circa annum Salutis floruisse 1390. Cunradum, 1400. Ioannē capite cæsum à Lupoldo duce Austriae, anno 1408. Cuius Viennæ in tēplo diui Stephani cum complicibus eodem supplicio affectis, epitaphium cernitur in aurichalco, quod incipit, Sta fle plange. Vltimus huius profapia, Marcus, Viennæ legitur adhuc ciuem egisse anno 1431. Ab his Rokhnerorum forte profapia descendit, ultima syllaba adiecta ab Austriae principibus, ne unius culpa familiae notam iniustam posteris cernerent, quo nomine Ioannes quispiam, Paulum ludimagistrum Viennensem, & postea decanū cathedralis ecclesiae diui Stephani à Maximiliano creatum, & Vincentium tulerat: quem uidimus Austriae scrinijs præfuisse, quem nostri scribam prouincialem appellant. Cuius adhuc filij, Ioannes & Hieronymus, in humanis sunt.

DORTZ, cuius familiae Stephanus, in paternarum ædium sacello sacrum constituit, floruit anno Christi 1326.

NEPPINGER, Hardindum reperimus, anno Christi 1288.

AM VISCHMARCH, HOLTZMARCHK, KHVENMARCK, HARMARKH: ita olim ciues à foris publicis nomina usurpabant, quorum primi nominis in uetustis priuilegijs, Ottonem & Sibotem inuenimus, de anno 1250. Secundi nominis porrò, Rudigerum, anno 1282. Tertij, Ottonem, anno 1250. & Ioannem prætorem Viennensem, 1359. Quarti denicq̃, Henricum prætorem Viennensem, anno 1289.

OB DER SAVLN, cuius profapie Herbodum quendam deprehendimus, cum Heduuige coniuge, anno 1353. Leopoldum præterea cum Gisela uxore, & Heruardum, anno 1420.

VNDER DEM HIMEL, in qua profapia Cūradus floruit, anno Christi 1404. Nicolaus, 1424. consul bracteariorū præfectus, & author contubernij Rosarum, cuius filius Caspari nomē habebat.

GVNDLACH, quo nomine stirpeq̃ Vdalricus senatorē primo, deinde monetæ præfectum & consulem egit, anno Domini 1416.

Cuius

Cuius filius Marcus, anno 1428. ultimum huius profapie progenit Georgium: cuius filiam Iulianā, hodie Vuolfgangus Lyndner ciuis & mercator Viennensis uxorem habet. Georgius uerò obiit anno 1505. Horum, Colonienſium ampliffimæ ædes fuerant, ubi diuis Philippo & Iacobo facellum poſuere. Emerunt & hi poſtea Straffer nobilium ædes, quæ adhuc hodie nomen retinent Gundlaci, quanquam mutato dominio.

QVAMHARTL, quo nomine Fridericum reperi, anno 1337.

POIGSER, Vdalricus uixit anno 1350.

VVAIDSCHLAG, in qua Gotofridum reperi, anno Salutis 1357.

HERVVARD, cuius ſtirpis Iacobum obſeruauimus, anno Domini 1311. Vdalricum, ſcrinijs urbis præfectum, quem ſcribam uocant, anno Domini 1396. Michaelē, 1400. & Leonhardū, 1475. Hæc hodie profapia in Sueuia ſupereſt, unde magni nominis mercatores prodierunt.

AMAN, quo nomine Nicolaus, ſenatorem Vuiennensem egit 1407. Petrus, anno claruit 1410. Simon, 1436. & Sigismundus, anno 1480. Noſtra memoria Petrum Aman nouimus, Viſſche gradienſi caſtro præfectum in Hungaria, qui cum multo tempore undique hoſtibus concludus oppugnationem ſuſtinuiſſet, ad poſtremum uiribus concidens, cum nullas ſuppetias haberet, & caſtrum ſimul & uitam amiſit: uir mehercule, qui meliori fuiſſet fortuna dignus.

PREYS, in qua profapia Theodericus claruit, anno 1396. Nicolaus & Ioannes, 1406. Georgius & Stephanus, 1436.

PIRCHFELDER, quo nomine Vdalricus & Hermannus claruere, anno 1406. quorum Hermannus in ſenatum lectus eſt, anno 1436.

KVRRINGER, Andreas floruit anno Chriſti 1400. Ioannes, 1404. Nicolaus & Andreas, 1420.

DVRRINGER, cuius ſtirpis inuenimus Rudigerum, de anno Domini 1312. & Thomam, 1436.

PALTINGER, cuius alumni, Petrus anno 1420. Martinus, anno 1460. multa in parochiali diui Michaelis templo poſuit.

HIRSAVER, Vuolfgangum reperi, de anno Domini 1420. Vdalricum, ſcriniorum urbis magiſtrum, anno 1436.

MANESDORFER, Ioannes & Petrus uixere anno 1420. Chriſtianus 1437. & Michael, de anno 1436. Contiguæ noſtris ædes ad diuam Trinitatem dictæ, horum erant.

SCHIEMER, Philippum & Ioannem reperiimus, de anno 1480. Ultimus ſuæ familiæ paulo ante memoriam noſtram ſua decoxit.

PERMAN, Vdalricus præfectus ſiſci erat, anno 1420. & alter filius eodem nomine, ſenatoriſ ordinis, diuitijs & mercatura nomina

nominatissimus, ædes habebat splendidas in uico textorum, quas hodie Rokhnerij possidēt: in cuius insignibus, ursus pictus uisitur.

SYES, in insignibus habebat hæc stirps

Quæ ædes possedit in foro diui Petri, quas postea Ioannes Schallautzer proauus maternus emit, in quibus etiamdum hodie familia eius perseuerat. In qua familia Erhardus uixit, anno Domini 1480. Fuere etiam aliæ Viennæ hoc nomine profapiæ, quæ eò postea commigrarunt, unde Ioannem nos consulem uidimus.

HEYTL, quo nomine Michael Viennæ ciuem egit, anno 1470. Erasmus & Paulus, 1484. Postremum Vuolfgangum artium doctorem uidimus, & Senatorem Viennensem.

GRVENVALD, huius profapiæ Cūradus, floruit anno 1401, & Vitus, Benignam Laurētij Hayden filiam coniugē duxit, 1480.

LEITNER, cuius stirpis Stephanus senator erat, anno 1400. Martinus & Vuolfgangus, anno floruerunt 1417.

SCHATAVER, cuius profapiæ Erhardus, anno 1436. ciuem Viennensem egit, quem sequutus est Vitus, mercatorum prætor, quem Handgrauium Austriaci uocant.

HOLTZLER, quo nomine Holtzler prætor & consularis, monasterij diui Hieronymi (in quo pœnitentes foeminae recipiuntur) author, 1416.

SCHEDNITZER, quo nomine Henricum reperi, de anno Domini 1350.

LIEBHART, cuius familiae Ioannes, anno uixit 1396.

ZIRNAST, cuius profapiæ Ioannes, præfectum xenodochij egerat, anno 1419.

VOM KAMP, cuius profapiæ Ioānes & Simon in humanis erāt, anno 1406. An inde Gampij prodierint, nō sanè ausim affirmare. Quo nomine Victor, i. v. doctor, ac Ferdinandi regis consiliarius, Austriaeque prouinciarum fisci aduocatus, obiit anno Salutis 1535. Filij patris uestigia sequuti, Hieronymus ad magnam eruditionem expectatus, fatorū iniquitate intempestiuè abreptus est, cum nondum uigesimum attigisset annum; Matthæus adhuc in uiuis est, Iureconsultus.

IM NEST, quo nomine Henricus, uixit 1406.

KESSLAR, quo nomine Cunradus & Henricus floruerunt, anno 1347.

QVAMBL, cuius familiae Thomas, xenodochio publico præfuit, anno 1367.

KRONPERGER, quo nomine Sifridus, in humanis erat 1431. & Georgius Anuualdus Viennensis, 1482.

NEVVHOVER, qua stirpe Leonhardus prætorem egit, anno 1436. & Georgius consularis, 1436.

GREIFNAVER,

GREIFNAVER, Ortolphus, anno 1404. ciuem Viennensem egit.

*CAPVT IIII. DE FAMILIIS EQVE-
stris ordinis uetustioribus, quæ in hanc usque diem
Viennæ perseuerant.*



Quæ familiæ equestris ordinis, & quæ senatorij interciderint, superioribus à me est Capitibus dictum. Nunc ad has orationem meam conuertam, quæ in equitum ordine, temporis quadam felicitate, longa annorum serie transmissa, ad nostram usq; memoriam peruenere, studijs honestis & nostro seculo nõ minus quàm generis claritudine, & in principes suos pietate celebres. Quarum catalogus is est.

HAI DEN, cuius familiæ ædes è regione senatoriæ domus Præposituræq; Viennensis Nouæ hoc nomine supersunt. In qua Henricus quispiam eques auratus floruit anno Domini 1330. qui ex Anna coniuge Laurentium tulit, consulem Viennensem, qui cum anno obiisset 1475. nouem post se filias reliquit, & unicum filium Henricum. Filiarũ Clara Eberhardo marescalco à Reichenau, Apollonia Engelhardo Strasser, Genouepha Huntzhaubt nobili, Magdalena Venceslao Haubitz, Lucretia Georgio Schuueynachs, Barbara Bernhardo Sechlin, Anna Ioãni Guuyngnberger, Benigna Vito Gruenuuald ciui Viennẽsi, & Margareta Vdalrico Vloyten, nuptæ fuere. Ipse Henricus l. v. Doctor, & Maximiliano Cæsari à consilijs, ex Barbara Rofs Itala Maximilianum, Laurentium, & Carolum tulit, qui solus adhuc in uiuis est.

FLVSHARD, quæ familia è Vienna in Austriam superiorem transgressa est, ubi adhuc hodie nobiliorũ subsellia retinet. In qua reperimus Theodericum prætorem Viennensem, 1345. Nicolaũ senatorem Viennensem, anno 1405. & Theodericum ad Augustinianos sepultum, anno 1446.

FVNFKIRCHER, superest & hæc in Austria prosapia, sed extra Viennam, opum cumulo celeberrima: & ad cuius pertinēt obsequium, Falkhnstayn & Gutenbrun castra. In qua Vdalricum inuenimus ciuem Viennensem, anno 1300.

KVOFSTAINER, & hæc stirps hodie extra Viennam superest, & obsequio castrum Grellnstayn contingit, In tractu Austriæ Peugreych dicto. In qua Cunradum inuenimus, scriniorum urbis Viennensis præfectum, quem Scribam dicunt, anno Christi 1416.

T FALKN'

FALKNSTAINER, In qua Vdalricum inuenimus, anno 1340, & Philippum, anno 1336.

IORGER, hæc in Austria superiori familia manet, & castra possidet Dolet, Afferfam, &c. orta est autem à quodam ciue Viennensi Georgio Gorgersenatore: cuius nostræ erant ædes, ut insignia, pictura, & diplomata ostendunt.

HAIPERGER, quam familiam Viennam commigrasse ex Hall Tyrolis oppido comperimus, emptorq; aurei cerui hospitio, pietatis studijs ad magna paulatim incrementa peruenit. In armis gentilicis duos albos scopulos intra sepem cōclusos habet. In qua Conradus, uixit anno 1241. Vdalricus, anno 1336. Ioannes & Petrus, 1452. quorum Ioannes Casparum procreauit, Balthasarē & Menhardum: Petrus uerò Paulum tulit: qui Mathæum, Ioannem, et Petrum progenuit. Ex quorum Ioanne Georgius, ex Petro Achatius & Mathæus & Lucas prodire. Mathæus successionem generis tenuit, duabus ductis Viennæ uxoribus, Kislingia, & quadã ex Monaco Bauariæ metropoli adscita, nomine Anna Schreiberin. Qui cum pietatis studijs celeberrimus Viennæ fuisset, multis in diuorū tēplis & sacris ceremonijs renouatis, ac institutis, quatuor filias et unicū filiū post se orbi reliquit. quarū Martha, Marco Boekh à Leopoldsdorf, I. V. doctori, & postea Austriæ supremo Epistolarū magistro nupsit: unde Hieronymus à Leopoldsdorf prodiit, adolescens ad summā uirtutē expectatus. qui dum hæc scriberemus, in Italia ingenij cultū capit: matre extincta, ceteræ, Anna hodie et Catharina ciuibus Viennensib. iūctæ sunt, Enzianero & Vladislao Prokh. si lius solus superstes in genere suo, nomine Lupoldus, Ferdinando Cæsari à cubiculis, ingētē ac admirādū uetustatis thesaurū collegit, consulum Rom. Imperatorū, ceterorumq; uetustiorū principum numismatis magno labore cōquisitis, & à nobis in ordinē digestis.

DENCK, unde hæc familia Viennam commigrarit, quæ in magno usu principum Austriæ postea erat, & ad postremum, ad equitū subsellia uocata fuit, ignoro: nisi quod in peruetustis annalibus adscriptum legerim nomen Ioannis Denkh à Veldsperg, qui locus Austriæ ulterioris est mœnibus circumdatus, & sub dominorum à Liechtenstain obsequio. Arma horū gētilicia erant niger triangulus in aureo clypeo, cui Ferdinandus rex aquilam candidā coronatam adiecit. In qua profapia Ioannē reperimus, anno Salutis 1336. in numero ciuū Viennensiu: Nicolaum postea, & Cirnum, 1436. Thomā prætorē Viennensem, anno Salutis 1473. Quem sequutus Bernhardinus, anno primū obiit à Christo nato 1522. octuagenarius. Cuius filij, Stephanus, quinquennio consulē agit, ad Ferdinandi præterea Cæsaris cōsilia adscitus: Bartholomeus, et Martinus.

SCHALLAVTZER, quam stirpem ex Styria Viennam commigrasse reperi, authore quodam Ioanne, qui circa annum Domini

1400. Viennæ ædes comparauit, castro proximas, quæ hodie Hauferinæ nuncupantur. Cuius filius eodem nomine aulicus Friderici Cæsaris, cui à secretis erat, circa annum Salutis 1450. Andrea Hiltebrādi à Merania, prætoris Viennēsis & diuitis mercatoris filiam duxit uxorem, Cæsare intercedente: & nouas coëmit ædes, diui Petri uetustissimo templo proximas, in quibus olim familia quædam Sies habitabat. Huius postea filius Bartholomæus, Friderico item Cæsari à cubiculis, & aulicus, eiusdem intercessione diuitem quandam uiduam Khirchstaynerin sibi in uite consortiū adsciuit: ex qua duas progeniuit filias, Agnetē, & Otiliam, genitricē nostram obseruandam. qua postea extincta, Catherinā cuiusdā mercatoris Copp filiā secundis nuptijs duxit. Quo ex matrimonio Hermes prodijt, Catherina, & Apollonia. quorū Hermes solus in humanis est, cōsularis uir & Ferdinandi Cæsaris à frumēti procuratione. Cuius filij, Carolus, Hermes, Ioānes: ceteri obiire. Hi in armis gētilicijs atrū gallū expāsis pedib. & alis, aquilæ simillimū, in aureo clypeo gerūt.

PACHELEB, unde hæc Viennam familia cōmigrarit, incertum: in qua Clementem reperimus, præsidio Nouæ ciuitati à Friderico tertio Cæsare impositū, cum quinq; equitū comitiua, eamq; urbem à Mathia Coruino Hungariæ rege obsessam, auxilijs accedentibus Georgij Vuulfensdorfer, Gangolphi à Khuenberg, Bernhardi à Vuesternach, & Hugonis à Grauenekh, fortiter tutatum fuisse. Huius postea filius Andreas senatorem Vuiennensem & prætorē egit: qui Ioannem nobis Baptistam, Ferdinando Cæsari à consilijs, & Fiscipatrociniō, iurisconsultissimum uirum, reliquit. Arma horum gentilia, canis collo cignum apprehendens.

EDLASPERGER, in armis gentilijs gryphonē & tres ex monticulo flāmas ferunt, ut audio, ex Austria superiori Vuiennā transgressi. In qua Petrus magna comparata in Hungaria re, magnificas Vuiennæ ædes construxit, ditatusq; matrimonio opulento, Ladislaum filium procreauit: qui & ipse matrimonio auctus, ob res bene administratas, à Maximiliano Cæsare cingulo militari donatus, à Carolo postea & Ferdinando Cæsaribus ad cōsilia adscitus, & prætura Viennensi aliquoties functus, filios post se orbi reliquit Christophorum & Vuolfgangum: qui nobilissimi & iureconsultissimi uiri, Georgij Gienger Sueuiæ præfecti, & Ferdinando Cæsari ab intimis consilijs, sororem in matrimonio habet.

PERNFVES, è rure Viennam transgressa profapia ista, quodam Sigismundo Pernfues creuit, qui prætorē Viennensem egit circa annum Domini 1503. In armis gentilijs syluestre uirum, pernam urfi humero gestantem, ferens. Filios post se orbi reliquit, Lupoldum, Ioannem, Sebastianum, & Paulum. quorum Lupoldus iureconsultus, Prouinciæ postea scrinijs præfuit: Paulus uerò, prætura & consulatu functus, nobilitatis postremò prærogatiuam à Ferdi-

nādo Cēsare cōsequutus est. Cuius filius eodē nomine adhuc uiuit, ex amita nostra, hoc est matris sorore procreatus, unā cū sororibus suis, Margareta & Catherina, quę ciuibus Viennensib. nuptę sunt.

SCHVVARTZ, in insignibus Aethiopsis caput gerunt. Quo nomine Hermannum inuenimus, anno Salutis nostrę 1410. Philippus postea, Stephanum orbi post se reliquit, i. v. doctorem, & prouinciarum Austriae à consilijs.

CAPVT V. DE FAMILIIS SENATO-

rij ordinis, quę ad nostram ætatem, ex uetustioribus mansere.



Anferunt ad nostram quoq; memoriam, perpetua successione felices, & alię quędam familię senatorij ordinis, quę ad equitum subsellia uel non aspirarunt, uel nō dum uocati sunt: in Reipublicę tamen administratione cum fide uersatę, posteritatis memoria haud indignę sunt. quarum catalogus is est:

KOECK, quam familiam ex Als noto pago Viennam lares trāspoluisse reperio. Quorum Henricus Khœkh ex Als, floruit Viennę anno 1399. Paulus, 1480. consulatu non semel perfunctus: cuius filij, Martinus senator, Stephanus i. v. doctor, & Magister scriniorum urbis, quem Scribam uocāt. & Dionysius, qui solus superstes, multis iam annis in senatu agit, præfecti senatus officio. aliquoties, & Magistri xenodochij perfunctus.

OEN, ædes primas habuere huius familię alumni in uico Landstrafs, extra urbem in suburbio. In quibus floruere, Nicolaus anno 1396. Ioannes & Vdalricus, 1404. Stephanus postea consulatum gessit, quo tempore Vienna à Mathia rege Hungarorum expugnata fuit. Huius filij, Ioannes, Christianus, Nicolaus, & Lupoldus, qui omnes rebus humanis exempti, post se filios reliquerunt: Lupoldus, liberalium artium baccalaureum: Christianus Iacobum, qui in aula Ferdinandi regis nostra memoria Magistrum admissionum agit.

HVOTSTOKER, quam profapiam ex Bauaria Viennam profectam ferunt. Vbi haud procul à Scherdinga in hanc usq; diem hoc nomine prædiū extat. Quantum uero memoria repetere licuit, huius stirpis primos Cunradum & Andream reperimus. quorum Andreas cum Capistrano, oppugnationi & obsidioni Albę Græcæ interfuit, cum ab Amuratho Turcarum tyranno tentaretur. Idem nomen dederat expeditioni totius Europę, quę suscepta erat cōtra Turcas anno Domini 1453. Ab hoc Andrea, Ioannes genitus est, qui ante nostrā memoriā Vuolfgangū et Sebastianum procreauit, utrunq; nostra memoria senatorē. quorū Sebastianus solus superstes, à S. P. Q. Viennensi filco urbano præfectus est.

KISLING,

KISLING, ex Erdpurgo proximo pago ad primum lapidem, Viennam commigrauit hæc stirps: in qua Henricus floruit, anno à nato Christo 1420. Cuius filius Hieronymus, orbi post se Stephanum reliquit, senatorem Viennensem. Cuius filij, Vuolfgangus & Bartholomæus: hodie Bartholomæus solus superstes est.

POESST, cuius familiæ Vuolfgangus, ad Fridericum tertium Cæsarem Viennæ in castro obsessum, à senatu Viennensi legatus missus est: post quem Erasmus, uectigalibus ex bouum mercatu, itemq; mercatorum tribunali præfuit: quod officium Austriaci Handgrammatum appellât. Ex hoc Vuolfgāgus natus est, quē ipsi cognouimus, insignem pugilem. Is Thomam progenuit, agnatum nostrum, & Austriæ archiducatus scriniorum notarium.

SEYBERLICH, in qua prosapia Stephanus ciuem Viennensem egit, anno Domini 1400. Nicolaus, 1436: Iodocus, nostra ætate obiit.

RAVCHENPERGER, Osualdus anno Domini 1480. alterum progenuit Osualdum, quem ipsi nouimus.

ZAVNER, ex Styra se Viennam contulerunt: quorum Petrus anno 1400. ciuem Viennensem egit. unde Vuolfgangus prodijt, consul Viennæ anno 1500. Is rursus Leopoldum reliquit, qui nostra memoria in peste obiit.

HAYN, quo nomine Ioannem inuenimus, anno Salutis 1470. unde Ludouicus pharmacopola processit, pater Ioannis Heyn Medicinæ doctoris, græcè & latinè doctissimi uiri: & N. Heyn pharmacopolæ, qui adhuc in uiuis est, & cum Ioannis filio prosapiam suam sustinet.

GVNSER, quo nomine Iacobus uixit anno Domini 1396. nostra ætate nouimus Viennæ mercatorem quendam hoc nomine.

HVMELREICH, quo nomine Ioannes uixit 1480. eiusq; frater Vuolfgangus. Ioannes Iacobum tulit, I. V. doctorem, & hodie senatorem Viennensem, & Leopoldum.

STEGE,

KVCHLER, quo nomine Haynoldus consul Viennensis, anno 1358. Ioannes anno Domini 1513. consul quoq; ibidem. Cuius filius empto prædio prope thermas Baden, ex urbe migrauit.

T 3

CAPVT

CAPVT VI. DE NUMERO PRAEFECTORUM Senatus Vniennensis, & qui quibus ex familijs lecti fuerint.



Origo officij praefecti urbis.

Uti primum Viennae Praetoris fuisse magistratum constat, qui multo etiam tempore solus, & deinde consulari adiuncto Rempublicam ciuium administrauit: tamen haud ambigua res est, multis postea seculis, crescente non solum & fortuna & numero ciuium, uerum etiam urbis paulatim magnificentia inaucta, ne quid splendoris deesset, ipsos Austriae principes senatus consultis interfuisse, & de communibus rebus cum suis ciuibus, in ipsa urbana curia tractasse. Qui postea cum tot accessione Prouinciarum, augustiore administratione suam reddidissent, nec uacare amplius soli Viennae ampliandae aut gubernandae possent, suo loco praefectos in senatu constituere: qui ne quid contra Principis rem, communemque usum constitueretur, interessent, & praecauerent, & personam Ducis in omnibus praeferrerent. Quorum catalogus (quantum memoria repetere licuit) is est.

GEORGIUS FLEMMING, anno Salutis 1400. praefectum Senatus egit.

IOANNES VELBEN, de nobili genere ciuium prodijt. qua in stirpe multo ante Henricus quispiam Velben, ducta Vualpurgi comitissa ab Helfenstain & Hardekh, in comitem Hardecensem a ducibus Austriae inauguratus est, anno Domini 1260.

VVOLFHARDVS INPRVKHER, huic magistratui praefuit anno Salutis 1408. cuius nominis adhuc hodie nobiles castrum possident haud procul a Thermis Badensibus.

IOANNES ZYNKH, anno Christi hunc gessit magistratum 1416. Cuius auspicijs, diui Rudperti & indiuiduae sacrosanctae Trinitatis sacella ruinosa & ferè collapsa uetustate, renouata sunt.

IODOCVS HAVSER, huic praefuit postea magistratui, 1424. Quo nomine adhuc hodie familia nobilium superest, in cuius obsequio castra sunt Matzn, et ex qua Lupoldus adolescens uiuit, filius Iodoci.

IOANNES VVALICH, praefecti senatus magistratum gessit anno a nato Christo 1437. quo nomine adhuc in superiori Austria nobilium familia superest.

GEORGIUS CHRONPERGER, anno 1480. senatui Viennensi principis Austriae nomine praefuit.

NICOLAUS TESCHLER, anno Domini 1485. ex ordine senatorio, Georgio Chronperger in officio isto successit, cum antea quoque praeatorem egisset.

N. a GVTENSTAYN, Nicolao successit.

BERNHARDVS PERGERIUS, Grammaticae Latinae editione cognitus,

cognitus, hunc quoque magistratum à Maximiliano Cæsare administrandum accepit.

IOANNES CVSPINIANVS, medicus, poeta, & historiographus, ex Schuuyaynfurda Francouiae oriundus, cum multo tempore literas ac medicinam Viennæ prælegisset, à Maximiliano senatui Viennensi præfectus fuit: quo officio diu functus est, usque ad obitum, & annum Domini 1529.

IOANNES APFALTER, nobili loco in Carniola natus, à Ferdinando Cæsare post obsidionem Viennensem in officio Cuspiniano successus est, anno Domini 1530.

VUOLGANGVS TROY Viennensis, & Friderico quondam Cæsari à cubiculis, cum multo tempore in senatu fuisset, ac aliquot annis consulatu functus, tandem ob merita à Ferdinando rege Ioanni in officio præfecti senatus successus est, anno Verbi incarnati 1537.

STEPHANVS AGLER, cum aliquandiu fisci Austriaci egisset bibliophylactum, à Ferdinando tandem rege & Austriae archiduce Vuolfgango Troy in officio est successus.

LEOPOLDVS SCHADNER, ciuis Viennensis, uices huius tantum officij gessit per mensem, obiit paulo post & ipse in peste, in qua & Stephanus Agler.

DIONYSIVS KHOEKH, & is uices huius gerere officij à senatu regio iussus est, quod cum fide ab anno Domini 1541, usque ad annum 1543, administravit.

ANDREAS LYNDAVER Charentanus, cum multo tempore à secretis fisci regij fuisset, ac Alobarches officium fideliter Ferdinando regi præstitisset, ab eodem senatus quoque Viennensis præfectura accumulatus est, quam adhuc hodie gerit.

CAPVT VII. DE NUMERO ET

ordine consulum Viennensium, & qui quibus ex familijs hoc officio functi sint.



uam magnificum consulis Viennæ officium sit, præter tot seruatorum comitiuum, uel titulus ostendit. Quem post Argentoracensem solus, inter imperiales etiam ciuitates, magnifici, Viennensis consul, non solum à principe suo, sed ipso adeo imperio consentiente obtinuit: fortè (ceu antea præfati sumus) quod principes unà consultare in curia urbana, cum consule, eiusque senatoribus, non dedignarentur. Proinde factum est postea, ut prætori in subsellijs & subscriptionibus consul prælatus sit, qui antea non fuit, & introductus postea multo tempore suberat. Horum catalogus ac ordo (quantum memoria reperere licuit) is est:

RVDIGERVS BALTRAM, consulatu legitur Viennæ esse functus, quo tempore Rudolphus Habsburgensis Cæsar Ottocaro tyranno interfecto, Austriam, & ipsam simul Viennam in fidem recepit, hoc est anno à nato Christo 1282.

Quam magnificus consul Viennensis.

CHRISTOPHORVS POLL, in consulatu Rudigero successit, anno 1284. cuius familiae postea plerique hoc sunt magistratu perfuncti.

HENRICVS CRONVEST, consulatum Viennae gessit anno 1300. in qua stirpe multi postea & consulatu & praetura perfuncti sunt.

IOANNES POLL, consulem Viennensem anno Domini gessit 1303.

CUNRADVS POLL, fratri successit in consulatu, anno 1306.

NICOLAUS POLL, anno incarnationis postea 1313. tanquam Polliorum nobilis Viennae familia ad hunc constituta magistratum foret.

OTTO VULFLEMSDORFER, anno legitur in uetustis diplomatibus consulem Viennensem egisse 1319. De qua stirpe antea a nobis dictum est.

CUNRADVS DE ESELARN, consulis munere functus est ab anno Domini 1337. per uices, cum Ottone Vuulfensdorfer, aliquot annis.

HAYNOLDVS SCHVCHLER, consulatu functus est anno postea 1343.

NICOLAUS DE ESELARN, consulem egit Viennensem anno 1345.

THEODERICVS FLVSHART, anno Christi 1346.

IOANNES DE TIRNA, anno 1347.

HENRICVS CRONVEST, consulatum gessit anno 1357.

HAINOLDVS KHVCHLER, magistratu consulatus functus est anno Domini 1358.

CUNRADVS DE ESSELARN, consul Viennensis erat anno Domini 1377.

MICHAEL GEYKHRAMER, consulatum suscepit anno Domini 1378.

ORTOLPHVS VIRDVNG, in consulatu successit anno 1386.

PAVLVS VUVRFEL, eodem officio fungi coepit anno 1396.

BERCHTOLDVS LANG, anno hunc magistratum gessit 1401.

RVDOLPHVS ANGERVELDER, in eodem successit officio, anno Domini 1404.

PAVLVS GEYR, consulatu Viennensi functus est anno Domini 1408.

ALBERTVS ZITTAR, anno incarnationis Domini 1410.

IOANNES SCHERPFENBERGER, anno 1415.

STEPHANVS POLL, anno 1416.

IOANNES FVGSL, anno Domini 1419.

CUNRADVS HOLTZLER, magistratum hunc gessit anno 1420. author coenobij Vestalium diui Hieronymi.

NICOLAUS

NICOLAUS VNDER DEM HYMEL, anno 1428, author con-
tubernij Rosarum.

IOANNES STEGER, anno 1434.

NICOLAUS DESCHLER, anno 1447.

GEORGIUS SCHVCHLER, 1449.

LAVRENTIVS HAYDEN, ab anno Salutis 1464. per aliquot
annos hūc gessit magistratū, de cuius familia antea à nobis dictū est.
STEPHANVS OEN, ab anno Domini 1480. per aliquot annos
hoc est functus magistratu, usque ad expugnationem Vuiennę, fa-
ctam à Mathia.

PAVLVS KHOEKH, multis annorum interuallis, ac ceu per ui-
ces, cum Stephano Oen hoc functus est officio.

LEONHARDVS RADAVNER, gerere hunc magistratum oc-
cepit anno Salutis 1496.

VUOLFGANGVS RIEDERER, anno Domini 1500.

VUOLFGANGVS ZAVNER, ab anno Domini 1508.

PAVLVS KHOEKH, ab anno Domini 1510. non semel hoc est
functus magistratu per uices cum alijs, continuis uerò sex annis in
officio manserat antea.

IOANNES KHVCHLER, ab anno Domini 1513. hūc gessit ma-
gistratum.

IOANNES KHAVFMAN, I. V. doctor, idem gessit officium ab
anno 1515.

LVPOLDVS PVDMANSDORFER, anno Domini gessit 1517.

IOANNES RYNNER, anno functus est 1519. sub ipsum diui
Maximiliani obitum.

VUOLFGANGVS KHIRCHOVER, ab anno Salutis 1520.
huic aliquot annis pręfuit magistratui, sub ipsam factionem & scis-
sionem Austriae in duas partes Maximiliano extincto.

GABRIEL GVTRATER, I. V. licenciatus, qui postea urbis scri-
nijs pręfuit, anno 1522.

IOANNES SYESS, quem multis annis cum laude hunc gessisse
magistratum legimus, ab anno uidelicet 1524.

SEBASTIANVS SVLTZBOEKH, in hoc magistratu successit
1526.

ROMANVS STAVDINGER, circa annum Salutis 1527. in hoc
fuit magistratu.

VUOLFGANGVS TROY, ab anno Domini 1528. usq; ad an-
num 1534. consulem egit, unico intermedio, qui sequitur:

SEBASTIANVS EISALER, anno uno pręfuit 1530.

VUOLFGANGVS TROY, hunc iterum resumpsit magistra-
tum, anno 1531.

IOANNES PVLCHAYMER, medicinae doctor, ab anno Do-
mini 1534. biennio huic pręfuit magistratui.

VVOLFGANGVS TROY, iterum in se hoc recepit officium, anno Salutis 1546.

HERMES SCHALLAVTZER, in hoc magistratu biennio fuit, ab anno uidelicet 1538.

PAVLVS PERNFVES, eundem magistratum biennio gessit, ab anno 1540.

STEPHANVS DENKH, ab anno Salutis nostræ 1542, in hanc usq; diem consulatus officium magna laude, & sine odio etiã plebis administrat, quod insolitum antehac fuerat.

CAPVT VIII. DE NUMERO ET

ordine prætorum Vuiennensium, & qui quibus ex familijs huic magistratui præfuerint.



RIMVS omnium Viennæ prætoris, & summus quoq; fuit magistratus, ab imperio Romano (ut diplomata habent) confirmatus, cui postea consulatum Austriæ duces adiecerunt. Is prætura aliquot annis inferior, anno postea 1300, primum præferri cœpit. Itaq; catalogus prætorum, eorum maximè qui consulibus, & subsellijs, & dignitate inferiores erant, sic habet:

REIMBOTO Eleib, præturæ legitur Vuiennensi præfuisse, anno 1283.

HENRICVS de Harmarkh, anno successit postea 1289.

STEPHANVS Khruogler, prætorem Viennensem egit, anno 1320.

THEODERICVS Vrbetsch, in prætura Viennensi legitur fuisse 1333.

HAYNOLDVS Schuchler, anno prætor fuit 1342.

IACOBVS de Efelarn, 1343.

THEODERICVS Flufshart, 1344.

IOANNES de Tierna, 1346.

THEODERICVS Flufshart, 1347.

CUNRADVS de Effelarn, 1348.

LVPOLDVS Schuchler, 1349.

HENRICVS de Esflarn, 1350.

NICOLAVS Vuurfl, 1351.

CUNRADVS Vrbetsch, 1352.

LVPOLDVS Poltz, 1353.

NICOLAVS

NICOLAVS Vuurfel	1354.
MICHAEL Schuchler	1355. per biennium.
IOANNES Schmanzer,	1357.
IOANNES am Khyemarkh,	1359.
FRIDERICVS Rueschl,	1360. per triennium.
PAVLVS Ernst,	1363.
CVNRADVS Vrjetsch,	1364.
LVPOLDVS Poltz,	1365. per biennium.
MICHAEL Virdung,	1367. per biennium.
CVNRADVS Vrjetsch,	1369. per biennium.
MICHAEL Virdung,	1371. per triennium.
HIERONYMVS Mullendorfer,	1373.
NICOLAVS May,	1379.
VuOLFHARDVS Pob,	1380.
MARTINVS Aechtel de Tulna,	1384.
ORTOLPHVS Virdung,	1385.
MARTINVS Echter,	1386.
VuOLFHARDVS Pob,	1387.
IOANNES de Eszlarn,	1388.
VuOLFHARDVS Pob,	1391.
PAVLVS Vuurfel,	1392.
RVDIGERVS Sumerer,	1396.
HAYNOLDVS Schuchler,	1401.
PETRVS Angeruelder,	1402.
ALBERTVS Zittar,	1408.
NICOLAVS Grauer,	1411.
VuOLFGANGVS Purkhartzperger,	1414.
STEPHANVS Poll,	1415.
IOANNES Scharpfenberger,	1416.
IOANNES Fugfel,	1420.
CVNRADVS Holtzler,	anno 1421. per biennium.
IOANNES Musteretz,	anno 1423.
NICOLAVS under dem Hymel,	1424. per biennium.
CVNRADVS Peruuinder,	1426.
IOANNES Steger,	1427. per biennium.
CVNRADVS Peruuinder,	1429.
STEPHANVS Vuirsing,	1430.
LEONHARDVS Neuhofer,	1431. per quadriennium.
HAYNOLDVS Schuchler,	
ANDREAS Hildebrandus à Merania,	anno 1437. per triennium.
OSVALDVS Reichuuolf,	1440. per biennium.
IOANNES Hargenseer,	1442.
NICOLAVS Teschler,	1443. per triennium.
GEORGIVS Schuchler,	1446. per triennium.

- ERASMVS Panhaymer, 1448. per triennium,
 GEORGIVS Schuchler, 1452.
 IACOBVS Starch, 1453. per triennium,
 GEORGIVS Epishaufer, 1456. per biennium,
 IOANNES Angeruelder, 1458.
 SEBASTIANVS Zegelhauser, 1459.
 LAVRENTIVS Haiden, 1460.
 MARTINVS Enthaymer, 1461.
 LAVRENTIVS Schonperger, anno præturam administrauit
 1463.
 GEORGIVS Epishaufer, anno 1464.
 THOMAS Denkh, anno prætozem gessit 1473.
 IOANNES Musterer, 1476.
 MARTINVS Enthaymer, 1477.
 LAVRENTIVS Tafchndorfer, 1480. per quadriennium.
 LAVRENTIVS Hutendorfer, anno 1496. per septennium
 ordine.
 SIGISMVNDVS Pernfues, anno 1503. per annos octo.
 IODOCVS Nagel,
 N. PELCHINGER, anno gerere hunc magistratum incepit
 1513.
 IOANNES Rynderer, anno successit in præturam 1515.
 MARTINVS Sübenburger, I. V. doctor, anno 1517.
 LADISLAVS ab Edlasperg, eques auratus, anno successit
 1520.
 ANDREAS Pacheleb,
 N. DVGENTLA,
 VDALRICVS Khukh, myropola, incepit præturam gerere ab
 anno 1524. per triennium.
 PAVLVS Pernfues, ab anno 1527. per quadriennium.
 LADISLAVS ab Edlasperg, ab anno 1532. per triennium,
 PAVLVS Pernfues, ab anno 1536. per quadriennium.
 HERMES Schallautzer, ab anno 1540. per quadriennium.
 LVPOLDVS Offner, ab anno 1544. in præsentem diem præto-
 ris magistratum sustinet.

CAPVT

CAPVT IX. DE NUMERO ET ORDINE magistrorum, quos uocabant monetæ, siue Bracteariorum.



Is igitur magistratibus Respublica Viennensis cum in immensum cresceret, principum suorum studijs accedētib; ius quoq; signandi argentum, ut cæterę urbes imperiales, impetrarunt; eiq; rei magistratum præfecerūt, qui certo quodam ciuium collegio adhibito, atq; ex his potissimū qui rem domi copiosam habebant, & argentum suppeditare poterant, nummos argenteos minores & maiores quadrangulares, urbis nomine, insignibus quoq; eius (cruce uidelicet) adiectis, quotānis eudebāt; usi in hac re bracteariorum opera, quos in ædibus suis passim alebant, à quibus in hanc usque diem uico nomē mansit, ubi magnificentissime urbis ædes uisuntur, uulgus uocat *Münzerstrass*. In quo hodie mercatores colunt, qui ex Italia Viennam merces ferunt. Ipsi adeò gentilitio sermone, huius ordinis ciues *Hausgenossen*, hoc est domus et familię cōfœderatę: qui uero his senatus nomine præfuit, *Magister monetæ* appellabatur, cui proxima sedes *Prætori* adsignabatur, primis quoque annis prætoribus prælati, adeò ut *Consulatu* fuerit hic quoque multo tempore coniunctus magistratus: qui demum ab *Austrię archiducibus*, cum magnitudinem fortunę peccandi licentiã metiti fuissent, prærogatiua ista tam splendida abusi, unã cū collegio & prærogatiua sublatus fuit. Horum uerò catalogus sic habet:

Officium
magistro-
rum mone-
tæ.

CVNO, ex familia fratrum Minorum, hunc gessit magistratum, anno 1290.

FRIDERICVS LEVBL, & ante Cunonē, anno uidelicet 1289. & post eum, bracteariorum collegio præfuit, anno Domini 1300. Superest hæc familia adhuc, sed ad extrema redacta.

BERNHARDVS CRONVESST, anno præfuit 1332.

MICHAEL GEYKHRAMER, anno 1370. hunc legitur magistratum gessisse.

NICOLAUS GEYKHRAMER, anno 1408.

VDALRICVS GVNDLACH, anno 1420. in hunc magistratum lectus est, qui postea Consulatum coniunxit.

NICOLAUS VNDER DEM HIMEL, hunc magistratum ultimus gessit, ab anno Salutis nostrę 1430. usq; ad annū 1442. quē authorem contubernium Rosarum Academię Viennensis agnoscit, ab hoc uiro amplis donatiuis accumulatum, & pro Austriacorum subsidio pauperum, quos ingenij cultum capere egestas impedit, constitutum.

THOMAS MOINGVS, auus maternus nostri Ioan. Baptistę Bachaleb, fisci Austrię aduocati, ultimus fuit.

CAPVT X. ET VLTIMVM, DE
*numero & ordine Magistrorum Epistolarum, qui
 Scribæ urbani cognominati sunt.*



Qvod in magnis rebus publicis semper obseruatum fuit, ut sui magistratibus amanuenses adiungerentur, qui laborum socij essent, & senatus consulta in literas referret, ne caduca hominum memoria, ipsaq; fragilis uitæ nostræ constitutio fraudi partibus esset: eam Vienna nostra etiam tenuit consuetudinem, cōsuli & senatoribus scriniorum magistrum concedēs, qui arcanis consilijsq; usq; interfuit, & quæ ibi constituta erant, ac decreta excipiebat. Hoc in hanc usq; diem officium manet, nomine tantum à Germanis (ut fit) mutato. Scribam enim Urbis uocant, qui consilijs interest, litigantibus decreta senatus ad signat, partiū libellos accipit, & in senatu prælegit: quæ à senatu ad Principē uel alios magistratus ordinesq; referēda sunt, & refert, & literis perscribit, & omnino Epistolarum magistri munus gerit. In quo officio hosce reperimus:

VDALRICVS SVNKLER, scrinijs urbis Viennensis præfuit, anno 1400.

CVNRADVS KHVOFSTAINER, eisdem præfuit multo tempore, ab anno 1420. à quo nobilium Austriae celeberrima profapia hoc nomine defluxit.

CHRISTIANVS VELDNER, ab anno Domini 1427. præf. se scrinijs occœpit.

MARTINVS KHVRTZ, bienno ferè hoc functus officio reperitur.

VDALRICVS HIRSAVER, ab anno Domini 1436. multis annis scribæ Urbani officio functus est.

VDALRICVS GRIESSEMPOEKH, I. V. licenciatus, Epistolarum muneri urbis Viennensis ab anno Domini 1467. usq; ad annum præfuit 1500.

VITVS GRIESSENPOEKH, Vdalrici filius, patrem in officio sequutus est.

STEPHANVS KOEKH, I. V. doctor Viennensis, patre Paulo consule natus, multo tempore post Vitum Griessempœkh, à scrinijs urbis fuit.

VICTOR GAMPP, I. V. doctor & ipse Viennensis, circa annum Domini 1517. scriniorum magistri munus administrare occœpit. Cuius filius Hieronymus Gamp, doctissimus & humanissimus adolescens, & sanè magnæ expectationis uir, factorum iniquitate abreptus est, anno 1541.

N. MVRINGER, Sueuus, & artiū liberaliū doctor, huic officio nō diu præfuit, morbis confectus, et intempestiua morte abreptus.

GABRIEL

GABRIEL GVTRATER, I. V. licenciatus, & ante Murringerum, & post multo tempore Viennensium scrinia tenuit, consulatu quoque eiusdem loci functus, circa annum Domini 1521.

IOANNES HOFFMANN, ex Styria accersitus, mortuo Gabriele, scrinijs urbis Viennensis praeficitur, anno 1527. Quo officio usque ad obitum cum laude functus, qui fuit anno 1541. duos filios, & tres post se filias reliquit: quarum unam Ioannes Heyn medicus doctissimus, secundam Vuolfgangus Troy consul, tertiam Franciscus Iglshouer ex nobili familia Styriae, & Ferdinando Caesari a secretis, duxere coniuges.

FRANCISCVS IGLSHOVER, socero adhuc uiuenti in laboris societatem iunctus fuit, quem post obitum in officio quoque sequutus est, uir a bonis literis nec alienus, nec patrocinijs harum difficilis. Cuius pater Paulus, auus Leonhardus, patruus uero Erasmus Margburgi praefectus, aliquo in Styria loco fuere. Ipsum uero Franciscum Ferdinandus rex ad consilia admisit, & fratris Laurentij opera, in grauissimis bellis non semel est usus. In quibus tandem a Turcis in Hungaria, cum uniuersa subdita cohorte circumdatus & interfectus, fortiter occubuit.

FINIS LIBRI QVARTI
rerum Viennensium.



IN INSIGNIA VVOLFGANGI LAZII

Medici ac Philosophi Viemensis, carmen Ioan-
nis Le-ndri Silesij.

Quod legio Austriacæ ducibus regionis Ataluda

Signa dat, inuentor posteritatis ego.

Hinc uera istius facti ut monumenta manerent,

Signaq; Ferdinando talia rege fero.

Candida stella genus signat uirtutis auitæ,

Virtutem galea & picta corona gerunt.


Sex dedit illustres ales Iunonia pennas,

Austria quod pennas alitis huius habet.

Et quibus ornatum ueri testatur honoris,

Virtutisq; probat lucida signa sua.

RERVM ET VERBORVM IN
VIENNAE HISTORIA MEMORABILIVM INDEX.

 Biud Hebræorum princeps. 6	Alauda quando in Pannoniam & unde traducta 21	Albuinus Longobardorum rex 43
Abrahami historia ex annalibus Austriæ 6	Alaudarum ex legione, Romæ decuria iudicum facta 27	Alexander Seuerus imperator Rom. 48
Academia Friburgensis à quo constituta 110. & 111	Alaudarum insignia unde marchionibus Austriæ 27	Alpes Celticæ 54
Academia Viennæ quando & à quo instituta 32. 67. 70. 100	Alba Græca obsidione liberatur 107. Hungariæ adijciuntur 107	Alpes Iulia, quibus nominibus hodie saluentur 40
Academia Viennensis à pontifice max. confirmatur. 102	Albaregalis in Hungaria expugnatur 114	Alsatia ab Ottone duce Austriæ debellata 99
Academia Viennensis aucta & à quibus. 70. 71	Albertus à Garsio præpositus Viennensis 60	Altenburg 9
Academia Viennensis loco mutatur 100	Albertus à Rechberg ab Heluetijs interfectus 103	Altenburgenses comites unde orti 88
Academia Viennensis collegia & Burse 71	Albertus Austriæ dux tractus cognominatus 32. 99	Amaltheus poeta 124
Academia Viennensis doctores primi 107	Alberti ducis res gestæ 100	Amannus monachus 54
Academia Viennensis magistratus. 123 priuilegia. 70 professores, & horum salaria. 72	Albertus Austriæ margrauius 46	Andreas Beorbachus 124
Achstattenses episcopi unde. 53	Albertus Austriæ uicarius constituitur 94	Andreas Blanck præceptor & cancellarius Alberti quinti. 106. 129
Adalbinus episcopus. 45. 53	Albertus Bauariæ dux in regem eligitur 108	Andreas Cantareus contra Ludolphum Austriæ ducem bellum gerit 102
Adalramus episcopus. Arni successor eod.	Albertus comes à Schauenburg præpositus Viennensis 60	Andreas Dandalius dux Venum 103
Ad Cæli portas cœnobii quando inchoatum 129	Albertus comes Babenbergensis 47	Andreas Hungariæ rex cõstruenda munimenta demolitur 95
Adolphi Nassouiensis comitis mors 95	Albertus marchio orientalis. 50	Andreas Pankhircher prouincialis belli autor 112
Adrianus Louaniensis decanus Caroli v. præceptor 116	Albertus marchio Austriæ 84	Andreas Pankhircher Ladislaum ex tutela eximere conatur 108
Aduenæ quomodo à Viennensibus tractentur 74	Alberti marchionis Austriæ in cestus 88	Andreas Pankhircher truncatur 109
Adulterij poena 75	Albertus quando Austriæ marchio constitutus 86	Andreas Peurbachij bibliotheca 71
Aduocatorum familia 141	Albertus Viennâ expugnat 132	Andreas Vendronius dux Venum 103
Aediles urbis Viennensis 126	Albertus primus Ro. imp. Viennæ habitat 48. Eiusdem sepultura nescitur 85	Angelus Costus poeta 124
Aenipontanum regimen 118	Albertus secundus Rom. imperator 48	Anisus fluuius 57
Aerarij præfectus 121	Alberti secundi, Austriæ marchionis gesta 87	Anna Alberti primi filia 96
Afra uirgo & martyr 49	Alberti tertij res gestæ 101	Anna Hartmanni Brandenburgensis marchionis uxor 96
Africanus primus Germanorum Cesarum pernauiat Carolus Quintus 116	Albertus quartus, marchio Austriæ 88. unde processerit 102	Anna Hungariæ regis filia Ferdinando desponsatur 117
Agnes Alberti primi filia 96	Albertus quartus doctorum & religiosorum Mecænas 102	Anna prima ad D. Claram Viennæ abbatissa 97
Agler familia 151	Alberti quarti res gestæ 102. 103. 104	S. Annæ cœnobium 130
Agrippina Colonia 27	Albertus quintus, Neuburgensis cœnobij aduocatus 88	S. Annæ uestales unde 129
Ala Scriboniana in Pannonia. 24	Alberti quinti res gestæ 106	Annij Fabiani monumentum 13
Ala Flauianæ 31	Alberti sexti res gestæ 110	Anshelmus episcopus Laureacensis 53
Alauda legio dicta 26. ciuitate Romana donata 27		Antenor Francorum rex 81
		Antoniniana legio 23. 26
		Antoninus in deorum numero relatus 38

I N D E X.

Antonini de Quadorum gente triumphus	38	Athilæ Hunnorum regis ritus	56	Bohemie creati	97. & 98
Antonini itinerarium	9	Atlantici maris insule quando		Austrie duces quando primum	
Antonini regia Viennæ	37	Austrie domui adiectæ	115	Charinthie duces creati	99
Antonini Veri & Aurelij Comodi affinitas	38	Atlantici maris nouæ insule à Carolo v. repertæ	116	Austrie Marchiones unde originem ducant	86
Antonius præpositus Viennensis	60	Attalani sepultura	43	Austrie matrimonia cum Burgundia	105
Antonius Venerius Venetum dux	103	Attilius Histrius Pannoniæ præses	24	Austrie matrimonia cum Hungaria & Polonia	104
Anzinesbach	44	Attaliana legio	23, 25	Austrie matrimonia cum Scotia	106
Aordus Boiorum rex	81	Auarata	7	<u>Austrie noua insignia quare adiecta</u>	89
Aphiorum familia	76	Auares populi 41. quàm late in Austria habitant	57	Austrie priuilegia à Nerone data	35
Aponij Saturnini indignum factus	23	Auares tertio à Christiana religione deficiunt	58	Austrie prouinciæ diuiduntur	102. 110
Appius Flauianus præses Pannoniæ	8	Auaria quando ad Christi fidem conuersa	53	Austrie uox unde orta	83
Apulia quando Austrie domui adiecta	115	Auarici limitis comites custodes	85. siue ead.		
<u>Aquile aureæ noua Viennæ insignia explicantur</u>	66	Auarum regum sedes Viennæ	43	B	
Aquilegiæ obsidio	40	Augusta Vindelica	49	Babenbergenses comites	58
Aquila legio	23	Augustana comitia	115	Austriam pseudo adepti	47
Aquisgranensis conuentus	85	Augustinus Barbadicus dux Venetum 103. Eiusdem bellum aduersus Maximilianum	114	Baden Heluetiæ oppidum	106
Arar fluuius	82	Augustinianorum cœnobium à quibus inchoatum	129	Badenses Marchiones in Austria duces electi	92
Arbeistal pagus	137	Augustofretenses	28	Baldericus Marchio Austriae	85
Archiducatus Austrie quid hodie comprehendat	83	Aula Friderici tertij	111	Balduinus Sueuorum dux	81
Arcu tenso nulli extraneorum intrare Viennam permittitur	75	Auratim	6, 43	Balnea publica Viennæ	131
Ariouistus Sueuorum rex à Cesare debellatur	22	Aurelius Antoninus philosophus	15, 21, 35	Baltramenorum familia	141
Arneſtus Marchio Austrie cur Romani imperij miles uocatus	87	Aurelius Caesar	12, 35, 39, 55	Basanus Francorum rex	81
Arneſtus Saxonie elector unde originem ducat	110	Aurelij Casij mors	37	Basilea Rauracorum à quo condita	19
Arneſti Ferrei res gestæ	110	Aurelij Commodi & Antonini affinitas	38	Basiliscus Viennæ repertus	131
Arnoldus Marchio Austrie	85	<u>Aurzburg</u>	12	Bataua	12, 54
Arnulphus imperator	53	Aurubonna	11. & 12	Batauina	13
Arnulphus Marchio Austrie	85	Ausonius poëta Illyrico præſicitur	20	Batauiensis episcopatus magnitudo	59
Arnus	45	<u>Austrasia quibus limitibus circumscripta</u>	82	Batauiensis episcopatus primus aduocatus	36
Artagrun ciuitas	57	Austria barbaris gentibus præda relicta	41	Bato Pannoniorum rex	23, 35
Artagrana	44	Austria quando primum diuisa	101	Bauari Austrie ducem capiunt	97
Ascarichus rex	81	Austria recepta ab imperio	91	Bauaros debellat Maximilianus	114
Asiatica expeditio	48	Austria ulterior Marchionibus orientalibus accedit	87	<u>Bauariæ in quatuor episcopales diuisiones diuisio</u>	52
Aspach	44	Austria unde dicta	81	Bauaricum bellum aduersus Maximilianum	114
Assessores consulis apud Viennenses	75	Austriacæ ditiones in Belgis	113	Bebriacense bellum	25
Assessores iudicij Viennensis	80	Austriæ archiducatus quid hodie comprehendat	83	Bebriacensis pugna uictoria	23. & 24
Assessorum prouinciæ officium	121	Austriæ contra Hungaros subsidia	92	Bela Hungariæ rex	92
Athene à gymnasio celebratæ	68	Austriæ dux imperator creatur	97. & 98	Belgarum gubernacula Carolus Quintus suscipit	116
Atheniensium fides in suos principes	76	Austrie duces quando reges		Belgicus Maximilianus Austriæ domui adijcit	115
				Benedictus Dichtel Beneficio	124

I N D E X.

Beneficiorum ecclesiasticorum collatio qualis esse debeat. 64	Buda Hungariæ metropolis 76	uetijs interficitur 106
Bentbarius 81	Budense emporium Viennam translatum 76	Carolus comes Egmontēsis Geldriam occupat 116
Berchta, Hērici burgrauij Norimbergensis coniunx 88	Burckhardus Viennensis parochus 59	Carolus v. Imperator Rom. creatus 116
Berctoldus præpositus Viennensis 60	Busfactores populi ubi 81	Caroli quinti Ro. imperatoris res gestæ 116
Berengariorum imperium 58	Buslidius Philippi præceptor 115	Caroli Geldriæ ducis bellum aduersus Maximilianum 114
Bernardus baro à Bolheym episcopus Viennensis 61	C	Carpem 13
Bernardus Bramboeck parochus Viennensis 59	Cæsar dictator legionem ueteranorum conscribit 22	Casimirus Poloniæ rex 106
Bernhardus episcopus Viennensis 60	Cæsaris aduersus Ariouistū expeditio 22	Casparus Schlikh epistolarum magister 106
Bernhardus Pergerius 150	Cæsaraugusta ciuitas 83	Cathedra metropolitana in Fabianis 55
Bienna 13. olim Biana dicta 13	C. Cæsar à Noricis uincitur 19	Catherina Alberti Cötracli 129
Bilibaldus episcopus Aechstatis 53	C. Cæsari triumphus Illyricus decernitur 19	Catherina Hērici septimi uxor 96
Blanca Maria Maximiliano desponsatur 114	Caligula regiam sedem Viennæ tenet 36	Catherina Philippi filia portu-galliæ regi desponsata 115
Blanca Gallie regina cœnobii minorum ornat 129	Caligulæ bellum in Germanos 36	Catzlsdorf destruitur 95
Boamundus Boiorum rex 81	Calixtus Pont. Max. 87	Cecia diui Floriani patria 10
Bohemiæ reges quādo Austriæ duces creati 97	Camenburg 44	Cecius mons 54. 44. 89. 34. unde dictus 51. olim Comagenus 16
Bohemiæ regnum Alberto offertur 106	Camera Viennensis siue fiscus 79	Ceisimaur 10. 44. 57
Bohemicum bellum ab Alberto quarto gestum 104. 107	Cameræ procuratorū uaria officia 121	Cellarij magistri in aula Ferdinandi officium 120
Bohemicum bellum aduersus Albertum 102	Camerarij Viennensis officium 80	Celeiæ Stirie monumenta 34
Bohemicum bellum à Lupoldo gestum 88	Camerariorum officium 126	Celticæ alpes 54
Bohemicum bellum aduersus Ottocarum 91	Camillus Scribonianus 24.	Centūuiri Viennæ quando creati 73
Bohemi continuis rapinis Austriam exhauriunt 93	Eiusdem legio 25	Centumuirorum officia 73
Bohemorum mercatura in Austria 72	Canalgeburg 40	Chaba Auarum rex 46. 43
Boiodurum hodie Bataua 55	Cancellarij regiminis Viennensis officium 119	Chabea Auarum satrapa 46
Bioarij pop. ubi 81	Capitanei prouinciæ officium 122	Chabeanus Hunnorum princeps 57
Boiorum primi reges 81	Carasana 43	Chaganas Auarum rex 43
Boiorum terra quando prouincia facta 82	Carinthia prouincia 81	Charintbia regio 41
Bonifacius episcopus Moguntinus 52	Cambius fluuius 10	Cherlburg 10
Bonifacius tertius Pont. Max. 32	Cariouistus rex 33	Cherlburg destruitur 95
Bonosus monachus 54	Carmelitarum cœnobium à quibus inchoatum 129	Cherfulenburg 10
Boteburg destruitur 95	Carni populi 20	Cherulata 10
Bracteariorum magistrorum catalogus 157	Carniola prouincia 81	Chereobolus 100
Bremgarten Heluetiæ oppidū 106	Carnuntus 10	Childebertus Francorum rex Boioarios aggreditur 81
Bresburgum 10	Carnutum oppidum ubi 35	Chranichbergenses domini ex ordine S. Georgij 112
Bruçteri populi ubi 81	Carnuti ruina 112	Christiana religio quando in Norico desierit 50
Bruno Olomucensis episcopus 93	Carnunti emporium 73	Christiana religio quando Viennæ incepta 49. & 54
	Carnuntæ & Iuliobonnæ municipia 26	Christianorum persecutio 48 & 49
	Carnutensis legio 23	Christophorus Brixienſis episcopus Maximiliani illegitimus filius 115
	Carolus Magnus 46. 53. 45. 44	Christophorus Maurocenus dux Venetum 103
	Carolus Magnus multorum temporum autor 46. 57	
	Carolus aduersus Maximilianū bellum suscipit 114	X 2 Christo-
	Carolus Burgūdiæ dux ab Hel-	

I N D E X.

<u>Christophorus Maurus à Friderico 3. coronatur</u>	112	Conciones in quibus locis Viennæ ad populum fiant	128	Dacia noua prouincia	21
Chunig	44	Conradus Austriae Marchio quando confirmatus	86	Dacorum gens parum fida	22
Chunimundus Boiorum rex	31	Conradus ab Aufensteyn Chirinthiae praefectus constituitur	94	Dacos debellat Octavius Augustus	32
Chunimundus Gepidarum rex	43	Conradus Camber	93	Dagoberti Francorum reges	81
Chunimundus Sueuorum rex	41	Conradus Celtis poeta	124	Danubius ripas gelu coniungitur	37
Chunimundus captiuus abducitur	42	Conradi Celtis bibliotheca	71	Danubij limites à Romanis constituti	20
Chunringij satrapæ delètur	95	Conradus Holtzlers Hieronymi cenobium constituit	130	Daschlerorum familia	133
Ciceronis academia	68	Conradus Morauiae marchio	87	Decani Austriae superioris inferioris eadem	123
Ciliciae comes in Alba Graeca interficitur	109	Conradus Peutingerus Augustanus	32	Decani facultatum in schola Viennensi	124
Cilicensis cum Garicense comitatu coniungitur	112	Conradus Rampeisdorfer occiditur	105	Decebalus Getharum rex à Triano uictus	21
Cimiteria Viennæ	127	Conradus Vorlaus capite plectitur	105	Decimae ecclesiae quomodo conferendae	64
Citterorum familia	139	Conradi Siciliae regis mors	31	Degernsee cenobium quando extructum	84
Cituatu insula	10	Consistorium rectoris in academia Viennensi	124	Denck, familia	146
Citui populi	10	Consistorium Pataviense ad diuam uirginem	123	Disterium Henrici Austriae Marchionis	33
D. Clarae abbatia 129. 130. à quo fundata	98. 129	Conspiratio Austriacorum, Styrorum & Charentanorum in Albertum	95	Diocesis Viennensis administratio	123
Claudia legio	23	Consulius Viennensis officium & magnificentia	125.	Dioceses episcopales in Norica & Vindelicia quando inceperint	49
Claudius Pompeianus	39	Consulum Viennensium numerus & ordo	151	Dioceses Vindeliciae et Noricripensis	49
Claudius Drusus 19. & 20. Eiusdem in Germanos bellum	36	Consulum assessores apud Viennenses	75	Diocletiani crudelitas	49
Claudij Caesaris colonia	11	Constantius Laureacensis episcopus	54	Diuersoria publica	131
Clemens tertius, Pont. Max.	62	Constantius Laureacensis episcopus quando creatus	16	Dockenburg oppidum	105
Clemens quartus Pont. Max.	31	Constantinus Laureacensis episcopus	54	Dominicanorum cenobij origo	129
Clodomyrus Francorum rex	31	Constantinense concilium	105	Domus prophanae insigniores	130 (130)
Clodouici Francorum reges	81	Contubernia & burse scholae Viennensis	71	Domus prouinciales Viennae	
Clogius rex Francorum	81	Cornelius illegitimus Maximiliani filius	115	Domus uenatoria in Fabianis ruderibus	44
Clotarij Francorum reges	81	Corrodancia	7. 43	Dorenberg	99
Colmaria Alsatiae expugnatur	99	Cronuester, familia	140	S. Dorotheae cenobij origo	106
Colomanus martyr	6	Corfica insula quando Austriae domui adiecta	115	S. Dorotheae praepositura à quo posita 129. & quando eadem	
Colonia Agrippina	27	Cunaldus diuini uerbi doctor	57. 56. 43. 45. 53	Dortz, familia	142
Coloniense bellum à Friderico 3. gestum	112	Cuno Innerbrueder	135	Dossentium familia	136
Coloniensium contumacia à Ludouico domita	90	Conuentus principum maximus quando Viennae celebratus	115	Drasama fluuius	44. 84. 86
Comagenum oppidum	10	Curius procösul ad Istrum proferat	79	S. Drubberti in Nigra sylua coenobium	92
Comagenus mons 28. 45. 84. 16. 54		Cymburga Polona Arnesti uxor	210	Drusus Caesar Viennae regiam sedem habuit	36
Comageni Asiae populi	28			Drusus Noricorum incursiones reprimit	20
Comitia Viennensis	115			Drusi bellum in Germanos	36
Comitia sub Carolo celebrata	116			Duces Romanorum limitaneæ in Pannonia	20
Comites à Pleunde in Austria uenerint	93			Duces	
Commendaturæ diui Ioannis intra Viennam	129				
Comodi imperatoris res gestae & mors	38				
Concilium nationale Viennae quando	31				
Concilij Prouincialis Viennae habita acta	62				
Concilio Viennensi qui interfu-erint 31. & 2. 62					
Conciones Viennae abolitæ	129				

I N D E X.

Duces Viennēsis urbis quatuor 125	rum in Pannonia 45	Fesendorf 28
Ducum militiæ officium 125	Epistolarum magistrorum nu- merus & ordo 18	Fides Romanorum erga magi- stratum 76
Dudum Auarum rex 53	Equestris apud Viennenses or- do 78	Fides Viennensium in Frideri- cum ducem 77
Durringerorum familia 143	Equestris ordinis familiæ in ur- be Vienna 145	Filan 43
E	Erdeut 13	Flauiana 7.8
Eberhardus à Vualsee, quando in Austriam ingressus 94	Erimprechtus episcopus Frisin- gensis 52	Flavianorum stirps 7
Eberhardus dux Vuirtenbergē sis ab Alberto debellatur 100	Erlaphus fluuius 10	Flauium 7.8
Eberhardus parochus Viennen- sis 59	Ermanarichus episcopus Lau- reacensis 53	Fleming familia Vien. 137
Edlasperger, familia 147	Esselarm familia 140	Florianus martyr 48
Edlpartzensium familia 137	Eunomia uirgo & martyr 49	Flushard, familia 145
Eglon rex Moabitum 6	Eutropia uirgo & martyr 49	Fora publica Viennæ 127
<u>Elbangen Franciæ præpositura</u> 112	Excubiæ Viennenses 126	Fornicatio Iudæorum & Chri- stianorum prohibita 65
Elisabeta Alberti primi filia 97	Excubiarum magistri 126	Francisci de Carraria fluxa fi- des 102
Elisabeta Arragonum regina fratres minores pecunijs iu- uat 129	F	Franciscus Foscarei dux Venetū 103
Elisabeta Christierno Daniæ re- gi desponsatur 115	Faber episcopus Viennensis 61	Franciscus Galliæ rex ter à Ca- rolo . uictus 116
Elisabethæ Tyrolēsis genus 92	Fabiana 13. ad Danubij ripam collocata 43	Francisci Galliæ regis bellū ad- uersus Maximilianum 114
S. Eleutharius episcopus 49.55	Fabiana cur dicta Vindobonna 13	Franciscus Igelschouer Ferdinā di secretarius 78
Emporium Budense Viennam translatum 76	Fabiana dicecesis quanta fuerit 55	Franciscanorum cœnobii quan- do ædificatum 129
Emporium in Carnunto 73	Fabiana legio 23.25	Franci unde orti 6. quando Sue- uiam subiugarint 81
Emporium in Hamburgo 73	Fabianæ prima templa 55	Franci ubi olim habitarint 81
Emporium quando Viennæ cō- stitutum 72.73.74	Fabianæ ueteris rudera 44	Francorum nomen unde fluxe- rit 81
Emporia diuersa 72	Fabianæ cohortes 31	Francorum regum catalogus 87
Engelbertus à Spenheim 95	Fabianæ cohortis statua 14	Frauenfeld Heluetiæ oppidum 105
Engelbertus Maximiliani præ- ceptor 113	Fabianēsis primus episcopus 55	Frensdorf 10
Engelhartscell 99	Fabianenses episcopi quondam Vuingenses, hodie Viennen- ses 53	Fretensis legio 26. unde nomen accipiat 28
Engelricus Austriæ Marchio. Ensim 10 (86)	Fabianorum fames 16	Friburgense Gymnasium consti- tuitur 110. & 111
<u>Episcopales diœceses ueterum quæ augustæ fuerint 53</u>	Fabij Annij monumenta 13	Fridericus à Monstral ab Helue- tius interficitur 103
Episcopales diœceses in Norica & Vindelicia quædo incæpe- rint 49	Facultates artium in schola Viē- nensi 124	Fridericus à Petouione Styriæ præfectus 93.94
Episcopatum diœcesū Vindeliciæ & Norici ripensis enu- meratio 49	Falckensteiner familia 146	Friderici à Stubenberg in Al- bertum conspiratio 95
Episcopatum sedium in Baua- ria ordinatio 52	Familiæ magnarum rerumpub. 124	Fridericus à Tirna 106
Episcopatus Viennæ antiquissi- mus 31	Familiæ senatorij ordinis in ur- be Viennensi 148	Fridericus ab Hohenstauffen Sueuiæ dux 88
Episcopatum Viennæ restituit Fridericus 31	Fauia rex 43	Fridericus Aenobarba 114
Episcopatum Viennensium ca- talogus 56	Fauiana olim dicta Vienna 14	Fridericus Babenbergensis ab imperio proscibitur 132
Episcopi Norici unde prouene- rint 51	Fauianis 15	Fridericus Babenbergensis Vi- ennam expugnat 132
Episcopi Saltzburgenses unde orti 45	Felethæus cognomento Fethia 16.42	Fridericus Badensis Marchio & dux Austriæ 92
Episcopi Sclauinorum & Aua- rum 28	Felethæus Rugorum rex 43. et 42. & Herulorum 51.54	Fridericus dux Austriæ quorū insidijs interfectus 92
	Felicis legio 25	Friderici
	Ferdinandus rex Roman. 48	
	Ferdinandus quibus honoribus Viennense afficiat 78	
	Ferdinandi proles 117	
	Ferdinandi res gestæ 117	
	Ferratensis legio 26. unde dicta	

I N D E X.

Friderici filij Alberti primi facta	97	Geikramer, familia	141	Gotfridus Viennensis parochus	59
Fridericus Herulorum rex Christianam pietatem exiit	51.56	Geimanorum familia	139	Gotofridus Bullonensis terram sanctam recipit	87
Fridericus in Noua ciuitate obfidentur	109	Geisa Hungariae rex	14.86.89	Graitzstain	6
Friderici Magnifici res gestae	105	Gelasius Pontifex	31.50.	Gregorij Strigoniensis episcopi mors	108
Fridericus Naufsea episcopus Viennensis	62	Geldria à Carolo comite Egmōtense occupatur	116	Grypho Marchio Austriae	46.84
Friderici Pacifici res gestae	111	Geldria Austriae domui quando addita	116	Gronnigae obsidio	95
Fridericus Rugorum rex	42. & 21.	Geldricum bellū aduersus Maximilianum	114	Grünwaldorum familia	144
Friderici Austriae ducis gesta	89	Gelduba in Vbijs	23	Grymperius	124
Fridericus secundus Austriae dux	66.91.	Gepidae	41	Gualtherus rex	81
Fridericus secundus, Ro. Imp.	70.90	Gepidorum regum sedes Viennae constituta	43	Guetae filiae Alberti primi sepultura	96
Fridericus secundus Viennae imperij sedem habuit	48	Gentium emigratio	6	Guilhelmi à Scherpenberg in Albertum conspiratio	95
Fridericus tertius dux Austriae	62. Imp. Ro. 148. quomodo in imperatorem electus	Georgius à Sclauonia episcopus Viennensis	61	Guido Cardinalis	31.62
Fridericus tertius Hungariae & Bohemiae regna respuit	111	Georgius ab Aursperg templi diui Ruperti reparator	46	Gumpndorf	37
Friderici tertij aula	111	Georgius Bogiobraccius Ladislao struit insidias	109	Gundlach, familia	142
Friderici tertij origo	110.111. & facta	Georgius Collimitius	124	Gunser, familia	149
Fridericus quartus, Ro. imp.	48	Georgius Logus	124	Gunsius riuus	49
Frisingensis episcopatus unde	52 & 53	Georgius Maminger cingulo militari donatur	122	Gusgingenses comites Austriae ab Henrico debellantur	95
Frouuiza Lupoldi Austriae marchionis uxor	87	Georgius Ratzenbergius	124	Gymnasium Eriburgense à quo constitutum	110. & 111. & quando
Frumēti procuratoris officium	120	Georgius Ritheymerus	124	à quo reformatum	70.
Qu Fuluius consul	19	S. Georgij ordo quando & à quo institutus	113	à quibus auctum	70
Funfkircher, familia	145	Geresdorf	10.28	Gymnasiū Viennense loco quando translatum	100
G		Gerhardus parochus Viennensis	59. cænobium aedificat	Gymnasium Viennense à Pont. Max. confirmatur	102
Galba imperator	22	Germaniae deuastatio facta ab Hungaris	58	Gymnasij Viennensis exordia	100. magistratus
Galba imp. Ro. Viennae regiam sedem habuit	36	Germanicae legiones quae	8. 26	Gymnasij Viennensis mercatura studiorum	124
Galbae & Pisonis consortiū	25	Germani unde orti	6	Gymnasij Viennensis praestantia	69
Galbiana	7.8	Geroldus Austriae margrauius	46.85	H	
Galbiana colonia	25	S. Geruasius martyr	45.51	Habsburgenses principes unde orti	83
Galbiana legio	23.25	Gerulata	10	In Habsburgensem prosapiam Austria & Styria quomodo traducta	91
Galeatius Mediolanensis dux	114	Gibolphus Boiorum rex	81	Habsburgensium comitum origo	92
Gallenberg mons	51	Gibolphus Ratisbonensis episcopus	53	Haimburgum ciuitas	91
S. Galli oppidum Heluetiae	105	Gisalaricus uerbi diuini doctor	45.56	Haimus sextus Viennensis episcopus	57
Gallica Vienna	7	Gordianus Caesar	48	Haiperger, familia	146
Gallicum bellum aduersus Maximilianum	114	Goricensis & Cilicensis comitatus coiunguntur	112	Hakbin castrum	137
Gallorum rex à Carolo captus	116	Gothorum regum habitatio Viennae	41	Halam Austriae quando salis cura translata	95
Gandauum Maximilianus expugnat	114	Gothorum regum regia Viennae constituta	42	Halobarchis officium	120
Garibaldus Boioariae rex	81. & 82	Gotofridus archidiaconus Viennensis	54	Hamburgense emporium	73
Gebhardus Austriae marchio	85	Gotfridus Austriae margrauius	46.84	Handgrammatum officium	149
				Handgrauij per Austriam officium	79

I N D E X.

Hardindi à Vuilonia in Alber- tum conspiratio	95	Heribertus Boiorum rex	81	plum	47
Harduicus Austriæ margrauius	46	Hermanni à Landenberg in Au- striam ingressus	94	Iapides ab Augusto debellati	12
Harduicus episcopus Laureacensis	53	Hermannus marchio Badensis	91	Iapides populi ubi	12
Hartomundus rex	33	Herulorum regū habitatio Vi- ennæ constituta	42. & 43	Illyricus triumphus Cæsari de- cretus	19
Hatto episcopus Laureacensis	53	Heruardi familia	143	Imperatorum catalogus qui Vi- ennæ sedem habuerunt	31
Haymburgenses comites ad ob- sequium armis compelluntur	95	Hieronymus Balbus poeta	124	Incendij ordo	125
Haymon	45	S. Hieronymi cœnobium	130	Incendij pœna à Viennensibus proposita	75
Haymon von der neuwen brücken	136	Hierosolymam Fridericus Paci- ficus proficiscitur	111	Incendijs Vienna quoties perie- rit	132
Haym familia	149	Hilarius martyr	49	Ingelheim imperatorum pala- tium	86
Helenus rex	6. 81	Hildegastes rex	33	Innerbruoder, familia	135
Heligastus Francorum rex	81	Hildomundus	33	Insignia Viennæ	66
Heluetiam Austrij Burgundis uendunt	106	S. Hippolyti cœnobium quan- do fundatum	84	Insulæ nouæ à Carolo quinto reperit	116
Heluetij ab Alberto Austriæ du- ce cur debellati	100	S. Hippolyti reliquiæ	50	Insulæ Viennenses	126
Heluetij à Lupoldo Crasso de- bellantur	105	Hirsauerorum familia	143	Ioachimus Vadianus	124
Heluetij Austriæ ducem interfi- ciunt	96. 98	Hisalaricus apostolus	53	Ioannes à Furstenberg ab Hel- uetijs interficitur	103
Heluetiorum cum Austriæ du- cibus fœdus	105	Hispania quando Austriæ do- mum adiecta	115	Ioannes ab Oxenstein ab Helue- tijs interfectus	103
Helueticum bellum à Lupoldo gestum	103. 105	Hispaniarum regna Carolus quintus suscipit	116	Ioannes à Stubenberg Ladislau ex tutela eximere conatur	108
Helueticum bellum à Sigismun- do Austriæ duce gestum	106	Hohenburgensi comitatus quan- do Austriæ adiectus	102	Ioannes Stubenberg prouincia lis belli autor	112
Hemus mons	23	Hobesteten	44	Ioannes à Tirnauia prætor	136
Hericus à Liechtenstein Ladis- laum ex tutela eximere cona- tur	108	Holenburgum	10	Ioannes Alexander Brasicanus	124
Henricus Austriæ dux & sacer- dos	99. & 100	Holtzler familia	144	Ioannes Apfalter senator Vien- nensis	150
Henricus Austriæ marchio pro- scribitur	86	Hospitia publica Viennæ	131	Ioannes Baptista Facheleb iu- risperitus 78. procura- tor cameræ	121
Henricus Bauariæ dux	94	Hummelreich, familia	149	Ioannes Buschius præpositus Viennensis	61
Henricus Charentanus à Bohe- mis deturbatur	98	Hungariæ regnum Alberto of- fertur	106	Ioannes Capistranus monachus	107
Henrici Charentani mors	99	Hungaricum bellum à Frideri- co gestum	91	Ioannes Camers	124
Henricus dux Austriæ Scoten- sis cœnobij fundator	15	Hungaricum bellum à Frideri- co tertio gestum	112	Ioannis Capnionis ædes	139
Henricus imperator Rom.	44	Hungaricum bellum à Lupoldo gestum	88	S. Ioannis Commendaturæ	129
Henricus primus dux Austriæ 53. 59		Hungaricum bellum aduersus Maximilianum	114	D. Ioannis duo templa	48
Hericus primus cum fratribus Austriæ marchâ partitur	86	Hungari à Maximiliano debel- lantur	114	S. Ioannis xenodochium incen- dio consumitur	132
Henricus primus Scotorum ab batiâ constituit	129	Hungari infestis signis Austriâ ingrediuntur	92	Ioannes comes ab Hasenberg ab Heluetijs interficitur	103
Henrici secundi Austriæ mar- chionis prouerbium	88	Hungari Germaniam depopu- lantur	58	Ioannes Cuspinianus	151. 124
Henrici tertij fortia facta	90	Hunni à Christiana religione deficiunt	58	Ioannes de monte regio	124
Henricus quartus Ro. imp.	35	Hunnorum sedes	41	Ioannes de monte regio eiusdem bibliotheca	71
Henrici septimi mors	97	Huostocker, familia	148	Ioannes episcopus Saltzburgen- sis	52
Herculis in Galliâ emigratio	6	Husitæ comitem ab Hardeck capiunt	107	Ioannes Fabri episcopus Vien- nensis	61
		Husiticum bellum ab Alberto gestum	107	Ioannes Hein	124
				Ioannes Huniades præfectus Hungariæ constituitur	108
				Ioannis	

I N D E X

Ioannis Huniadis fortitudo	interdictum	65	coronatur	108
107. Eiusdem aduersus Turcas uictoriae	Iudæis publica inter. Christianos officia interdicta	65	Ladislaus Hungariæ regni dignitatem retinet	108
Ioannes Iuuauiensis episcopus	Iudenberg	99	Ladislaus sub tutela Friderici	108
45.	Iudex ab imperio Viennæ constitutus	67	Ladislaus ex tutela liberatur	109
Ioannes Marangi dux Venetum	Iudicis Viennensis officium	80	Ladislaus struuntur insidiæ.	109
Ioannes Reuellis episcopus Viennensis	Iudicum apud Viennenses multa	75	Ladislaus periculum Budæ declinat	109
Ioannes Rokh occiditur	Iudith Arnoldi marchionis Austriæ filia	85	Ladislaus ueneno necatur	109
Ioannes Rosinus præpositus Viennensis	Iulialegio	23	Ladislai Hungariæ regis cum Cesare amicitia	94
Ioannes Salingstad	Iuliobonna 7. 8. unde dicta	8	Ladislai fortia facta	108
Ioannes Saur præpositus Viennensis	Iuliobonnæ & Carnunti municipia	26	Ladislai mater Hungariæ regnû administrat	108
Ioannes Schalutzer	Iuliobonnæ situs	8	Ladislai sepultura	110
Ioannes Staber	Iulie alpes quomodo nunc uocentur	40	Lambacense monasterium	51
Ioannes Stabius	Iulij Cæsaris bellum aduersus Gallos	22	Lambachi cœnobij monumenta	33
Ioannes Stiborius	Iulij Pontificis max. bellum aduersus Maximilianum	114	Langendorf pagus	107
Ioannes Vespruniensis episcopus Viennensis	Iulij legio	25	Laptanni sepultura	43
Ioannes Vœgelin mathematicus	Iureconsulti in regimine Viennensi	118	Latrones à Friderico tertio debellantur	112
Ioannes Vuciuoda Hungariæ tyrannus	Ius patronatus quale, & qualis collatio beneficiorum ecclesiæ esse debeat	64	Latrones ex Austria profligantur	107
Ioannes Zinck præfectus	Iustinianus Cæsar	44. 51	Laureacensis diœcesis	49
Iodocus Hausner præpositus Viennensis	Iustus Khasman præpositus Viennensis	61	Laureacensis episcopatus aduocatus primus	36
Iodocus Morauie Marchio ab Alberto quarto debellatur	Iuuauiensis diœcesis	49	Laureacenses Metropolitaniani adepti per uniuersam Germaniam	49
Iorger familia	Iuuauiensis episcopi	45	Laureacensium episcoporum catalogus	53
Isabella Caroli v. coniunx	Iuuauensium episcoporum studium in religionem Christianam	51	Laureacensium episcoporum in religioe Christiana studium	52
Isabella Ferdinandi filia Philippo desponsata	Iuuauensium episcoporum priuilegia	49	Laureaci ruina in Ensio	10
Itha Henrici Cæsaris filia Leopoldo Austriæ marchioni desponsatur			Laureate literæ mediocris uilioris indices	55
Italorum mercatura in Austria			S. Laurentij templum quando edificatum	129
Iubilius Hermundurorum rex			Laxenburg castrum	101
24			Laxenburgensis castri exordia	102
Iudaisapta			Legio decimatertia à quo è Galijs in Pannoniam translata	23
Iudæi à publicis officijs Viennæ deiecti			Legionis decimæ monumenta uaria	29
Iudæorum cum Christianis commercium prohibitum			Legiones Germanicæ quæ	8
Iudæorum in Austriæ finibus insolentia			Leimbertus Batauiensis episcopus	59
Iudæorum uestitus qualis esse debeat			Leinterorum familia	144
Iudæorum usura in concilio Viennensi prohibita			Leo à Spaur episcopus Viennensis	60
Iudæis ne faueant magistratus, in concilio Viennensi decretum			Leo Isauus	41
Iudæis ne nouas synagogas erigant, interdictum			Leo quintus Pontifex Max.	58
Iudæis ne medicinam exerceant			Leonora Francisco Galliarum regi desponsatur	115
				Leo

I N D E X.

Leonora Portugallie regina. 112	ria Viennæ promouet 48	quinq; alaudarū insignia 27
Leonora Portugallie principi desponsatur 115	Lupoldus dux Austriæ ab Heluetijs occiditur 103	Marcianus episcopus Viennæ 56
Leopoldstorffium 10.	Lupoldus primus cognomento Gloria militum 98	Marcium 11
siue Leopoldsdorf 28	Lupoldi secundi gesta 102	M. Aurelius Antoninus 21
Leopoldus Perensues 78	Lupoldus quintus Austriam fortitur 89	M. Aurelius Cæsar 35.39.55
Leopoldus sextus Viennam multis edificijs ornat 48	Lupoldus quintus templis Viennam ornat 129	Marci Aurelij Cæsaris mors 12
Leubelorum familia 141	Lupoldus sextus 76.91	Marcomani ubi 7.35
Libertates Viennæ 66. & 67	Lupoldi sexti res gestæ 90	Marcomanni ab Aurelio Rom. imp. debellati 55.
Libros tenentis in camera ducali officium 120	Lutoldus à Cunring in Albertū cum cæteris conspirat 95	item à Tiberio 35
Lictores urbis Viennensis 126	Lutolphus Ratisponensibus thesauros diripuit 85	Marcomyrus Francorū rex 81
Liebhartorum familia 144	Lycæum Platonis academia 68	Mareschalcorum officium 121
Limanis sepultura 43	Lyinbach 11	Margareta Maulaffschin ducis Austriaci coniunx 101
Limitaneæ legiones Ro. ad Danubium per Noricum 21	Lyntz oppidum 23	Margareta Friderici secundi soror Austriæ hæres 93
Limitanei Romanorum duces in Pannonia 21.85	Lytaha riuus 14.15	Margrauiorum Austriæ uetustissimorum nomina 46
Linduer familia 151	Lytha fluuius 86	Maria Ludouico Hungariæ regi desponsatur 115
Lindeuicus Austriæ margrauius 46	Lytaucicus Francorum rex 81	Mariæ Burgundæ Maximiliani uxoris mors 113
Literæ laureatæ mediocris uirtutis indices 55	M	Mariæ uirginis templum in litore & regia Viennæ 54
Locum tenentis in regimine Viennensi officium 119	Magais sepultura 43	Mariæ uirginis templum quando Viennæ conditum 47
Loca insigniora Viennæ 131	Magistratus Viennensis quomodo cõstituitur 121.122	Mariæ rotundæ templum 129
M. Lolius 19	Magistratus urbani Viennæ 125	S. Mariæ templum incendio consumitur 132
Longobardorum in Austriam migratio 123	Magistratum à principe constitutorum causa 80	Marobodus rex 35
Longobardorum regum sedes Viennæ constituta 43	Magistratum urbanorum sellia 125	Martianus monachus 54
Lucillus episcopus 16.54.56	Magistrorū admissionū in regimine Viennensi officium 119	Martindorfsenses comites ab Hærico debellantur 95
Lucius Piso Pannoniæ præfectus 42	Maiorianus diaconus 45	Martyrum & apostolorum Norici et Pannoniæ catalogus 48
Ludouicus Bauariæ dux à Lupoldo debellatur 90	Mamertinus in episcopum consecratur 16	Mathematica utilitas 69
Ludouicus Hūgariæ rex à Turcis interfectus 117	Mamertinus episcopus Fauianensis 53	Mathematicorum in schola Viennensi catalogus 124.
Ludouicus Pius imp. 44	Mamertinus primus Viennensis episcopus 56	Mathias Coruinus Hungariæ rex Viennam expugnat 132
Ludouici Pij diplomata Patauensibus episcopis data 57	Mannonis sepultura 43	Mathias Hūgariæ rex quorum factione in Austriā infesta arma intulerit 108
Lugdunum ædificat Munatius Plancus 19	Mansdorferorum familia 143	Mathias Huniades captus in Bohemiam mittitur 109
Lupoldus Austriæ marchio 44.87	Marcha orientalis quando incœpta 82	Mathiam Huniadem Fridericus tertius debellat 112
Lupoldus marchio Austriæ Cæsaris filiam in uxore ducit 88	Marcha supra Onasum quando Austriæ adiecta 89	Mathy Sclauoniæ regio à Ciliensibus deuastatur 108
Lupoldus ab Hungaris occisus 85	Marchio orientalis ab Auaribus interfectus 84	Maurbacense cœnobium à quibus auspiciatum 97
Lupoldi gesta 87.	Marchiones Austriæ 44	Maurberg Rhodiensium equitum regia 113
eiusdē genus & prosapia 88	Marchiones Badenses in Austriæ duces electi 91	Mauritius Marbekh 124.
Lupoldus comes Babenbergensis 47	Marchiones Bauariæ 83	Maurus monachus 54
Lupoldus Crassus ab Heluetijs interficitur 105	Marchiones Charinthiæ 83	Maurus Venetorum dux à Friderico ducalē tiaram accipit 112
Lupoldi Crassi & Longi res gestæ 104. & 105	Marchiones orientales 83	
Lupoldus dux Austriæ pomeria Viennæ promouet 48	Marchionum Austriæ catalogus 84	
	Marchiones Austriæ unde originem traxerint 86	
	Marchionibus Austriæ unde	

I N D E X.

Maximilianus Brugis liberatur	110	Merrenbergius Styrus	93	Mutiani	7
Maximilianus in regem Romanorum creatur	114	Meroueus rex Francorum	81	Mylodus Ottocarum Bohemiarum regem prodit	94
Maximilianus Romanorum imperator	48	Metropolitana cathedra in Fabianis 55. quando Vienna	51	N	
Maximilianus à Flandris captiuus abducitur	113	Metropolitana sedes è Vienna quando translata Laureacii	51	Naamon Iudeos prosequitur	6
Maximilianus Austriacas prouincias recipit	114	Metullum oppidum	12	Narcissus martyr	48
Maximilianus omnes prouincias Austriæ in unum corpus coniungit	106	Metullu quando expugnatum	32	Nardinus	44
Maximilianus quam latè nomè Austriæ propagarit	115	Meynhardus comes de Tyrol	106	Nardinus fluiuius	84.86
Maximilianus quot uno tempore bellis sit implicatus	114	Michael Steno Venetum dux	103	Nationes scholæ Viennensis quatuor	124
Maximiliani Cesaris auctoritas apud exteros	115	S. Michaelis templum à quibus fundatum	128	Naufragij ciuium Viennensium priuilegium	68
Maximiliani expeditio contra Hungaros	114	D. Michaelis templum in cineres quando redactum	132	Nausæa episcopus Vien.	62
Maximiliani filij & filie	113	Millestadij amœnitas	112	Nellenburgenses Landgrauij subacti ab Alberto	95
Maximiliani fratres	113	Ministri urbis	126	Neppinger, familia	142
Maximiliani locus natalis	113	Minorum fratrum cœnobium à quo Vienna positum	97.129	Nero imperator	19.23
Maximiliani mors	115	Minorum fratrum cœnobii incendio absumitur	132	Nero Batonem debellat	23
Maximiliani nomen unde inditum	113	Mirtonum	11	Neronis priuilegia Austriæ data	35
Maximiliani res gestæ	113. 114. 115	Misij populi ubi	19	Nerua Traianus Viennæ regiam tenuit	36
Maximiniani Cari in Christianos persecutio	49	Mittenauis	43	Neuburgensis cœnobij exordium	88
Maximus Iuuuuiensis episcopus	54	Moderatus Noricæ episcopus	54	Neubaus expugnatur	95
Maynhardus Goricensis	94	Moestus episcopus	45	Neuperge cœnobium à quibus conditum	99
Mediolanense bellum cōtra Maximilianum	114	Monasteria diuersa quando Viennæ condita	129	Neusidler see	42
Mediolanensis ducatus ad imperij fidem reducitur	116	Monasteria & templa suburbij destruuntur	128	Neustriæ uox unde orta	83
Megenoldus canonicus Patauensis	54	Monasteriorum uisitatio in Austria instituta	63	Niger comes à Zollern ab Heluetijs interficitur	103
Meger pagus	107	Monetæ magistrorum officium 157. numerus & ordo ead.		Nicolaus Pontifex	112
Melicensis cœnobij exordium	88	Monetium oppidum	12	Nicolaus Vanauuer aureo cingulo donatur	138
Melicensis regia in cœnobium quando mutata	87	quando expugnatum	32	Nobilium familiæ Viennensis urbis	124
Melicum Austriæ oppidum	86	Monspurg	12	Nocturni triumuiui apud Viennenses	80
Mellinge Heluetiæ oppidum	106	Montani sepultura	43	Norici à Romanis debellati	19
Menapiorum municipium	26	Monumenta uetusta Viennæ reperta	6	Norici ab Augusto & Tiberio subacti	42
Mendicantium monasteria	129	Morauia quando ad fidem Christianam conuersa	53	Norici Casarem uincunt	19
Mensurarum leges	75	Morusenorum familia apud Venetos unde orta	96	Norici episcopi unde prouenerint	51
Meradacus Francorum rex	81	Moymar Auarum rex	53	Norimbergæ comitiæ celebratur	94
Merauie duces uetustissimæ familiæ	91	Mulhuserorum familia	139	Notarij officium	123
Mercatura Bohemorum & Polonorum in Austria	72	Mulieres Austriam administrant	92	Notarij scholæ Viennensis	124
Merces in quibus foris exponantur mercede	127	Munatius Plancus Rauracum & Lugdunum condidit	19	Noua ciuitas	11
Mercium Viennensium prerogatiua	75	Municipiorum ripensium in Pannonia catalogus	9	Nouæ ciuitatis episcopi à quo instituti	112
Merenberg	99	Munificentia principum in Viennenses	77	Nouesij castra	113
		Murocincta oppidum	9	Nouiburgium ab Hermanno in fidem receptum	91
		Musenburg destruitur	95	Noui montis cœnobium à quibus fundatum	99
		Mutiana legio	23.25	Nouomontense cœnobium in Styria	96
				Numa Pompilius quomodo Romanus	111

I N D E X.

man gubernarit	69	Otto von der newē Brucken	Pempfingerorum familia	139		
Numeriani in Christianos crudelitas	49	Otto wulfendorfer cōsul creatur	Peregrinus 52. Iuuauiensis episcopus	53		
Nundinæ Viennenses	128	Ottomanni Turcorum Cæsaris fratris exilium	111	Permanorum familia	76. 143	
O		Ouilabensis diœcesis	49. 53	Perenfueß, familia	147	
Obernburg ab Arnesto locupletatur	110	P		Pertinax à Marco in concione laudatur	39	
Occarius orientalis marchio, siue Austriæ	50. 84	Pachlarum siue Pachlarn ubi	57.	Pertinax imperator Viennæ regiam habet	38	
Octavius Augustus Viennæ habitauit	32	Pacheleb, familia	147	Pertinacis Ro. imp facta	39	
Octavius debellat Dacos & Danubij accolat	32	Paltingerorum familia	143	Petouiensis diœcesis	49	
Odilio Boioariorum dux	52	Pannonies ab Augusto & Tiberio subacti	42	Petrus Bononius episcopus Viennensis	61	
Odoacar in Italia regnat	16	Pannonia à quo ad imperium Ro. adiuncta	20	Petrus comes à Tiersteyn ab Heluetijs interficitur	103	
Odoacar Italiæ rex	42	Pannonia descriptio	41	Petrus Viennensis parochus	59	
Oedenburg ciuitas	11	Pannonia fecunditas	56	S. Petri templum quando Viennæ edificatum	128	
Oen familia	148	Pannonia legiones sub Galba & Vitellio	26	S. Petronellæ pagus	35	
Oenus fluuius	55. 58	Pannonia libertates & priuilegia	35	Peymonis sepultura	43	
Officialis episcopi Viennensis.	123	Pannonia præest Sergius Galba	36	Pfilschnitzer familia	142	
Officialis Patauiensis potestas.	54.	Pannonia præest Traianus	37	Phara	99	
ius atq; officia	123	Pannonia Fabianus occupat.	13	Pharamundus rex Francorū.	81	
Olimacensis legio	23. 25	Pannonicum bellum	48	Philippus à Maugis prælatus regiminis Viennensis	118	
Olomontium expugnatur	89	Parochi Viennenses	59. & Parochiæ	128	Philippus Cæsar	46
Opitergium expugnatur	40	Parochiarum pluralitas in concilio Viennensi interdicta.	63	Philippi matrimoniū et filij.	115	
Oratores Austriæ ad Marchionem Misnensem missi	93	Pasqualis Marpetrus dux Ventum.	103	Philippo matrimonio à Maximiliano impetratur	114	
Ortocari crudelitas, & eius bella diuersa	93	Eiusdem hospitalitas	111	Philippi mors intempestiua	115	
Osualdus episcopus Viennensis	58	Patauiæ monumenta	34	Philippus Caroli v. filius Hispaniæ rex	116	
Otmarus Drugsas ab Heluetijs interficitur	103	Patauiensis diœcesis	49	Philippus Gundelius iureconsultus	119. 124	
Ottocarus Bohemiæ rex	31. 62.	Patauiensis episcopi ius in ecclesia Norica	122	Philippus Palatinus contra Maximilianū bellū suscipit	114	
minorum fratrum cœnobium edificat	129	Patauiensis officialis potestas.	54	Philippus Salisburgensis episcopus	93	
Ottocarus dolo in Austriæ ducem eligitur	92	Patauium à Maximiliano expugnatur	114	Pielagus flu.	84. 86	
Ottocarus imperio rebellat.	94	Patronatus ius quale esse debeat	64	Pielargus	44	
Ottocarus rex à Friderico secundo debellatur	91	Paulinus	22	Pipinus Francorū rex	45. 50. 52	
Otto à Pufendorff	135	Paulus ab Obersteyn præpositus Viennensis	61	Pipinus quando in Francorum regnum sublimatus	82	
Otto ab Eberstein Austriam administrat	91	Paulus Aemilius aduersus gentes Alpinas bellū suscipit.	19	Pirckfelderorum familia	143	
Otto Bauariæ dux ab Alberto fugatur	95	Paulus Perenfueß	78	Piso aduersus Noricos bellum suscipit	34	
Otto episcopus Viennensis	58	Paunus	7. 43	Piso Pannoniæ præfectus	42	
Otto Marchio ab Hochberg ab Heluetijs interficitur	103	Paungartnberg	99	Pisonis et Galbæ consortiū	25	
Otto Phrisingensis Austriæ princeps	14. & 15	Pechtoldsdorfensis castelli exordia	100	Pisonis lacus	42	
Otto primus 53. 58. Augustinianorum cœnobium edificat	129	Pedelli scholæ Viennensis officium	124	Pisonium oppidum	42	
Otto primus cognomēto Mirabilis	99	Pedelli quatuor gymnasij Viennensis	123	Plateæ urbis Viennensis	127	
Otho secundus, Cæsar Ro.	86	Peisodus lacus	42	Platonis academia	68	
Othonis à Vueyffeneck in Albertum conspiratio	95			Pluralitas parochiarum in concilio Viennensi interdicta.	63	
				Pœst, familia	149	
				Poetl, familia	142	
				Poetouiensis legio	23. 25	
				Poigser familia	143	
				Y	3	
				Pollio		

I N D E X.

orti & eorum religio	42	sis officium	119	Sigismundus ab Herbersteyn.	120
Samos	28	Scribarum urbanorum nume-		Sigismundus cū scipione	106
Sanctorum omnium templum		rus & ordo	258	Sigismundi simplicis res gestæ	
Viennæ à quo conditum.	128	Scriboniana ala, siue legio, in	106		
Saptanis sepultura	43	Gallia	23. 24	Simon comes à Morton	95
Sarcophagus Naamonis ubi.	6	Scribonianus Dalmatiæ lega-		Simon Grynæus	124
Sardinia quâdo Austriæ domui		tus	24	Simon Laxius	124
adiecta	115	Scriniorū magistri officii.	119	Simonia in concilio Viennensi	
Sarmaticum bellum	33	Sebastianus Vunderlinus.	124	damnatur	63
Sarraceni ex Hispania profligantur	90	Secretarij cameræ ducalis officium	120	Sirmiensis ager uino abudat.	11
Saulamingium expugnatur.	95	Secretarij prouinciæ officii.	80	Sirmium Pannoniæ inferioris metropolis	11
Saunas	7	Secretarij regiminis Viennensis	119	Sodomus episcopus ad Auares	
Sauritz	43			missus	53. 57
Saurutium	7	Segesta quando expugnata	32	Sodomus presbyter	45
Saxina	44. 57	Sempach clade Lupoldi nobilitatur	103	Soliensis diocesis	49
Saxones imperij titulum quando obtinuerint	58	Senatores Viennenses uiginti.	75	Solymanus Turcarū imperator	
Scarabantia	10. 11	Senatorum electio	121	7. à Carolo fugatur	116
Scarbring olim Scarabantia dicta	11	Senatorij ordinis familiæ	148	Solymanus Turcarū imp. Viennam obsidione cingit.	132
Schallautzer, familia	146	Senatus cameræ ducalis	119	Staetz castrum	91
Schaltner, familia	151	Senatus prefectorum catalogus	150	Stams cœnobij exordia	106
Scharpfeneck	112	Senatus prouinciæ ius & potestas	122	Stayn Heluetiæ oppidum	105
Schatauerorum familia	144	Senatus Viennensis exterior.	125	Staynamäger. olim Sabara.	13
Schauenburgenses comites ab Austriacis debellantur	102	Senatus Viennensis urbanus.	125	Stephanus à Meysau Austriæ prefectus	93
Scherding expugnatur	98	Septimius Seuerus	38.	Stephanus Agriensis comes	92
Schiemerorum familia	143	ne sedem habuit	39	Stephanus Denckius consul Viennensis	78
Schola uniuersalis quando Viennæ instituta	32. 67	Sergius Galba imp. Viennæ habitauit	36	Stephanus Schartz doctor	
Schorendorf pagus	137	Seruiæ exilium	111	78. iurisconsultus	119
Schuandehilda Henrici primi Austriæ Marchionis uxor.	82	S. Seuerinus 9. Noricæ apostolus	54	Stephanus Vuirsing aureo cingulo donatur	138
Schuochler familia	141	S. Seuerinus sedem episcopalem in Fabiana constituit	45	S. Stephani templum Viennæ à quo conditum	128
Schutinsula	10. 107	Sancti Seuerini historia.	15	S. Stephani templum incendio consumitur	132
Schutzuirsel	137		16	Stockherauu pagus	6
Schwartz, familia	148	S. Seuerini monasterium prope Viennam	51. 54	Strasserorum familia	138
Schwindehilda Griphi filia.	84	Seuerinus Rauennatensium episcopus	50	Stubenbergi delentur	95
Scissia	49	L. Seuerus Septimius Viennæ sedem habuit	39	Styria regio 85. Austriæ ducibus quando concessa	89. 90
Sclauu quando ad fidem Christianam conuersi	52	Sextilius Fœlix Norici præses	32	Styria sub ditione Arnesti quando	110
Sclauinorum episcopi in Pannonia	45	Seyberlich, familia	149	Styriâ Surui inhabitant	41
Sclauorum prouincia	81	Sicambri unde orti	6	Subductorum calculi in Camera ducali officium	110
Sclauini populi ubi	45	Sicilia quando Austriæ domui adiecta	115	Suburbij fundationes destruitur	119
Scordisci quando Romanorum imperio adiuncti	20	Sido	24	Suburbii Viennense et uici	128
Scotensis abbatia	129	Sidonius	52	Sueui à Francis quando primi subacti	81
Scotensis abbatia quando Viennæ fundata	15	Sigeberti Francorū reges	81	Sueui in Styria olim habitauerunt	
Scotensis cœnobij Viennæ fundatio	15	Sigeboldus abbas	87		
Scotorum ad terram sanctam peregrinatio	15. 129	Sigefridus orphanus	54		
Scribæ prouincialis officii.	80	Sigehartus Austriæ margrauius	46	Sumareyn pagus	9
Scribarum cameræ ducalis officium	120	Sigehardus Viennensis parochus	59	Sumburg	57
Scribarum regiminis Viennensis				Superintendentium officia in schola Viennensi	124

I N D E X.

Syningius ager uino clarus	11	præpositus	60	Tyrolis comitatus quando Au-	
Syluinus quando & à quo epi-		S. Thomæ sacellum à quib.	po-	striae adiectus	101
scopus creatus	16	situm	128	Tyrolis comitatus separatur ab	
Sylvius Quintauensis episco-		Thomas Velotianus	114	Austria	105
pus	54	Thomas Vafchang	124	V	
Symburg	44	Thrasimundus Gepidarum rex		Valentinianus Imp.	41
Symmachus Pont. max.	51	43		Valentiniani Caesaris monumen-	
& 52.55		Tiberius Nero	19	tum	41
Syndici scholæ Viennensis	124	Tiberius incurstones Norico-		Valentiniani in Pannonia sedes	
T		rum reprimat	20	40	
Tantonis sepultura	43	Tiberius Pannoniam Romano		Valentis legio	25
Tartarorum in Austriam incur-		adiungit imperio	20	Valeriani Caesaris ad Probum	
sio	91	Tiberij Caesaris regia Viennæ		epistola	33
Taruifij domini Austriæ quan-		53		Valerius Flaccus	33
do duces facti	99	Tiberij Caesaris aduersus Mar-		Vanauerorum familia	138
Taruifiana marcha Austriæ ac-		comanos expeditio	55	Vando	24
cedit	102	Tiberinensis dicecesis	49	Vannius regno pellitur	24
Taurifci in Noricis	20	Tigurini ab Alberto duce Au-		Varfelfridus Pannoniæ aposto-	
Taurifci in Germaniam migra-		striae debellantur	100	lus	42
tio	6	Tigurini à Lupoldo debellan-		Vbiorum municipium	26
Tegernsee cœnobii ad Oenun-		tur	103	Vdalricus à Tirnauia, & eius	
50		Tirnenfium nobiliū catalogus		genus	136
Telonarij Viennenses	126	136		Vdalricus à Viechouen Austriæ	
Telonarij Danubiani officium		Titus Fabianus 13. Panno-		baro	91
79		niæ præfes	25	Vdalricus Charinthiæ dux	90
Terbonna	11	Titus Germanico exercitui		In Austria captus	91
Terra sancta à Gotofrido recu-		præest	8	Vdalricus Ciliciæ comes in Al-	
peratur	87	Tornacum Maximilianus expu-		ba Græca cur interfectus.	109
Terentius Varro	19	gnat	114	Vdalricus Ciliciæ comes Ladif-	
Tescher, familia	150	Traianus Caesar Decebalū uin-		laum ex tutela eximere cona-	
Testamentorum apud Viennen-		cit	21	tur	108
ses constitutio	74	Traianus legionem xij. gemi-		Vdalricus comes Ciliensis Eit-	
Testimonia aduenæ explosa		nam in Daciam transfert.	24	zingeri factionem sedat.	109
74		Traianus Pannoniæ præfectus		Vdalricus comes ab Hasenberg	
Tertij Iuliani & Aponij Satur-		37		ab Heluetijs occiditur	103
nini similtas	23	Traiectum Maximilianus expu-		Vdalricus Eitzingerus Ladif-	
Teruonam Maximilianus expu-		gnat	114	lao struit insidias	100
gnat	114	Traiectense bellum aduersus		Vdalricus Eitzinger prouincia	
Teutoburgium	12	Maximilianum	114	lis belli autor	112
Thaton Longobardorū rex.	43	Trautmansdorf	112	Vdalricus Maminger archidia-	
Thebarum uetustas	6	Trebenfee	44.57	conus	54
Theodelinda Franciæ regina		Triumphus Illyricus Casari de-		Vdalricus Perman	76
82		cretus	19	Vdalricus Kirchperg archidia-	
Theodora Emanuelis Græco-		Triumuiro nocturni apud Vien-		conus	54
rum regis filia	89	nenses	80	Vdalrici comitis à Pfannen-	
Theobaldus Francorum rex.	81	Troiæ uetustas	6	berg in Albertum conspiratio	
Theobertus Francorum rex.	81	Tullana	44	95	
Theodericus Austriæ margra-		Tulna ciuitas Austriæ	91	Vdalrici comitis Haymbs in Al-	
uius	46	Tulna	6	bertum conspiratio	95
Theodericus Bernensis	41	Tunetarum rex à Turca fuga-		Velben familia unde	135
Theodericus episcopus Vien-		tus in regnum restituitur.	116	Veldspergerorum familia	139
nensis	58	Tusculanum Ciceronis acade-		Venceslaus Bohemiæ rex ab Al-	
Theodericus Francorum rex.	81	mia	68	berto debellatur	95
Theodericus Misniæ Marchio		Turcicum bellum ab Alberto		Vendobonna	12
93		gestum	107	Vendum oppidum	12
Theodorus Laureacensis archi-		Turcarum exilium apud Frid-		Vendum Augustus expugnat	
episcopus	52	ricum	111	32	
Theodemirus Gothorū dux.	41	Turcarum ad Varnam cum La-		Venedicum bellum contra Ma-	
Thomas à Cilia Constantiensis		dislao prælium	108	ximilianum	114

I N D E X.

Venedici belli aduersus Lupoldum cause	102	Viennæ quando comitia celebrata	115	Vrsee oppidū expugnatur	105
Venetorum cum Austriacis fœdus	103	Viennæ quando emporium constitutum	72	Vrsinus Velius	124
Vergilius Iuuuuiensis pontifex	57	Viennæ uetustas	6	Vsura sacerdotibus in concilio	
Verona Italiæ à Maximiliano expugnatur	114	Viennensium camera siue fiscus	79	Viennensi prohibita	63
Vespasianus cuius ductu imperium arripuerit	7	Viennensium priuilegia	66. & 67	Vuachouua mons	44.84
Vespasianus Viennæ sedem tenet	36	Vilhelmi Austriæ ducis gesta	104	Vuagsgieffer, familia	141
Vestalium cœnobia quādo condita	129	Vincentia à Maximiliano expugnatur	114	Vualamirus	41
Vestitus Iudæorum qualis esse debeat	64	Vindobonna ciuitas ubi condita	9.10	Vualarius Austriæ margrauius	46.84
Veterani Alaudæ dicti	26	Vindobonna cur Fabiana dicta	13	Vualdericus episcopus Laureacensis	53
Viana an Vienna nostra	7	Vindobonna urbs Pannonia à Iordane dicta	49	Vuallenstat Helueticæ oppidum	106
Vicedomini in camera ducali officium	120	Vindonissa	96	Vualthasar à Vuard	96
Vici urbis Viennensis	127	Vini census exactorum officium	121	Vualtherus comes à Gerolseck ab Heluetijs occiditur	103
Victor Gamp doctor	78	Virdung, familia apud Viennenses maxima	137	Vuansdorfium expugnatur	95
Vidius Aquila legatus	24	Virgilius	53	Vueidlschlag, familia	143
Vidij Aquilæ legio	25	Virgilius Cantzler præpositus Viennensis	61	Vueldkirch oppidum	105
Vidue militibus nubere prohibentur	74	Virgilius presbyter	45	Vuels Austriæ oppidum	28
Vienna ab Alberto sexto sæpe obsessa	111	Vischa fluuius ubi	15	Maximiliani morte nobilitatur	115
Vienna à Romanis olim inhabitata	15	Vischamund	10.28	Vuerdenbergenses comites	102
Vienna à Turcis obsessa	117	Vischegradensis castri nomina	107	Vuernerus à Vuolsgerdsdorf baro	93
Vienna deserta & solo æquata quā diu fuerit	44	Visitatio monasteriorum in Austria instituta	63	Vuernerus Viennensis præpositus	60
Vienna Gallica	7	Vitellianæ cohortes	24	Vuestenrich regio	82
Vienna libertate à Friderico donata	31	Vitus Vuinshemius	124	Vuestrasia quot regiones sub se comprehendat	82
Vienna nouis mœnibus circumdatur	89	Vladislaus Polonus Maximiliani agnatus	114	Vuichingus episcopus Laureacensis	53
Vienna præda barbaris gētibus relicta	41	Vlseuius poeta	124	Vuidimirus	41
Vienna prædium Austriæ marchionum	44	Vnilo episcopus Boioariorum in Laureaco	52	Vuilhelmus Tuers præpositus Viennensis	60
Vienna quando Christianam religionem receperit	54	Vnilo Laureacensis metropolitanus	57	Vuindisch	96
Vienna quorum principum auspicio creuerit	48	Vniuersitas Viennensis quando & à quibus condita	32	Vuirfelorum familia	137
Vienna quoties expugnata	132	Volsgägi Lazij insignia	27.78	Vuirtenbergense bellum ab Alberto duce Austriæ gestū	100
Vienna riuus	7	Vratisslaus Bohemiæ rex	89	Vulphingi à Stubenberg in Albertum conspiratio	95
Viennæ etymon	17	Vrbanus Agriensis, Viennensis episcopus	61	Vuulstendorfsium familia	136
Viennæ insignia	31	Vrbanus Pont. max.	31	Vuultzendorfsiū familia	136
Viennæ magnificentia	48	Vrbanus sextus Pont. scholam Viennensem confirmat	102	X	
Viennæ nomina diuersa	7	Vrbetsz, familia	141	Xenodochium Viennæ	131
Viennæ nouæ insignia	66	Vriesachium expugnatur	95	Z	
Viennæ pomeria	48	Vrolphus episcopus Laureacensis	53	Zacharias Pont. max.	50.
Viennæ priuilegia ab imperatoribus concessa	66			Zachariæ papæ ad Vnilonem epistola	52

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA IOANNIS
Oporini. Anno M. D. XLVI.
Mense Septembri.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines.

THE ORIGINAL MANUSCRIPT
OF THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
BY
NATHANIEL BARTHOLOMEW
1766

